DE TATIANI APOLOGETAE DICENDI GENERE

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM IN ACADEMIA PHILIPPINA MARPURGENSI ORDINE RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLUS LUDOVICUS HEILER
RHENO-BIEBRICENSIS (BORUSSUS)

MARPURGI CATTORUM
TYPIS ACADEMICIS JOH. AUG. KOCH
MCMIX

Dissertatio ab amplissimo philosophorum ordine referente Carolo Kalbfleisch probata die XI. mensis Iunii a. MCMIX.

CAROLO KALBFLEISCH
ALBERTO THUMB
S.

Theologi multi, pauci philologi adhuc egerunt de Tatiano apologeta. Quia philologi saepe atque inutiliter interdum scriptores antiquissimos magis pertractant[1]) quam eos qui postea fuerunt, rarissime viri docti aliquid adnotaverunt de Tatiani dicendi genere. Quod mihi est in hac commentatione perscrutandum. Sed ne ex arena funem nectere videar, breviter quae ante me scripta sunt de eadem materia enumero, quo facilius cognoscatur Tatiani orationem adversus Graecos esse dignam quae diligentius pervolvatur. Maranus[2]) putat Tatianum »studiosum poetarum et oratorum fuisse demonstrare dicendi genus limatissimis picturis et poeticis venustatibus coloratum ac verborum luminibus et ornamentis distinctum.« Similiter paucis verbis de sermonis Tatiani obscuritate disserit Otto[3]) nonnullaque addit[4]) de Tatiani dictione velut apologetam »incomtum dicendi genus« usurpasse vel[5]) »alia quae de eius dictione in medium proferri poterant omnino omnibus qui sequiori graeci sermonis aevo scripsere esse communia«. Eundem vero alio loco[6]) non ignarum fuisse dicit Atticorum sermonis. Nonnulli alii similiter iudicaverunt de Tatiani dictione.[7]) Accedunt verba quae

1) Thumb, Die griechische Sprache im Zeitalter des Hellenismus p. 2. 2) praefat. Marani edit. p. 161. 3) praefat. Ottonis edit. p. XII. 4) eodem loco p. XXIX sq. 5) p. XXXV. 6) p. XXXI. 7) Preuschen (»Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche«[3] XIX p. 390): »Die Sprache ist vielfach gesucht nachlässig und uneben.« Wagenmann (Pauly »Realencyklopädie der klassischen Altertumswissenschaft« p. 1632): »Die Anordnung der Schrift ist ziemlich verwirrt, die Sprache großenteils hart, dunkel, geschraubt.« Christ (»Geschichte der griechischen Literatur«[4] p. 925): »In der Sprache trägt er geradezu Geringschätzung der Regeln der Attikisten zu Schau.«

Harnack[1]) fecit: »Tatian weiß die Sprache mit einer »nicht gewöhnlichen Freiheit und Selbständigkeit im Aus»druck zu handhaben, er ist aber dabei ein sorgloser Stilist »oder vielmehr er sucht als der Apostat des Griechentums »auch in gezierter Nachlässigkeit und in berechneten »Sonderlichkeiten seinen Bruch mit dem Herkömmlichen »und dem Classischen darzutun.« Venio ad librum quem scripsit Puech,[2]) vir doctus Francogallus. Qui complura adnotavit de Tatiani dicendi genere, sed non semper concludit quae concludenda sunt ex locis congestis. Praeterea multa ad rem pertinentia dignaque mentione omisit. Restat, ut Schwartzium commemorem, editorem novissimum, qui breviter praefationis pagina VI. disseruit de hiatu evitato et eximium indicem verborum notabilium adiecit. Cetera quae attuli virorum doctorum iudicia, quae quidem ad ipsum sermonem pertinent, perpaucis[3]) exceptis falsa esse infra demonstrabimus. Interim rationem commentationis breviter explico. In singulis rebus grammaticis Tatianum comparavi cum scriptoribus novi testamenti aliisque posterioris graecitatis et dicendi legem qua utitur enucleavi imprimis non neglegens quae Tatiani dictioni communia sunt cum sermone Attico.

---

1) »Tatians Rede an die Griechen, übersetzt und eingeleitet« p. 8.

2) »Recherches sur le discours aux Grecs de Tatien« p. 14 sqq.

3) Melius iudicavit Geffcken (»Zwei griechische Apologeten« [Leipzig und Berlin 1907] p. 107): »Tatians Abneigung gegen alles Formale, gegen das Attischsprechen, überhaupt gegen die Grammatiker ist nichts weiter als ein philosophisches Mäntelchen; ähnliches finden wir bei Seneca (ep. 88, 39) und Sextus Empiricus (adv. gramm. 97). Der Schriftsteller, der den Hiatus ängstlich meidet und sich die größte Mühe gibt, möglichst die Modetorheiten der gleichzeitigen Stilisten mitzumachen, sucht doch voll heuchlerischer Affektiertheit den Schein solchen Strebens nach Formenschönheit zu meiden.« Similiter p. 112: »Man ließe sich den energischen Haß eines Barbaren gegen die Griechen wohl gefallen, aber wenn der Feind der Attizisten doch wieder attizistisch flöten will, den Hiatus meidet, kurze Sätzchen schnitzelt, dann ist von Urwüchsigkeit nichts zu spüren.«

Quod ad efficiendum usus sum libris his:

1. Birke, de particularum μή et οὐ usu Polybiano Dionysiaco Diodoreo Straboniano, Lips. 1897.
2. Birklein, Entwicklungsgeschichte des substantivierten Infinitivs, Würzburg 1888.
3. Blass, Grammatik des neutestamentlichen Griechisch^{2}, Göttingen 1902.
4. Crönert, Memoria Graeca Herculanensis, Lips. 1903.
5. Grimm, Lexicon Graeco-Latinum in libros novi testamenti^{4} (Wilkii clavis novi testamenti philologica), Lips. 1903.
6. Grundmann, quid in elocutione Arriani Herodoto debeatur, Berol. 1884.
7. Helbing, Die Präpositionen bei Herodot und andern Historikern, Würzburg 1904.
8. Helbing, Grammatik der LXX, Göttingen 1907.
9. Iannaris, an historical Greek grammar, London 1897.
10. Kreling, de usu poeticorum et dialecticorum vocabulorum apud scriptores Graecos seriores, Traiecti ad Rhenum 1886.
11. Kühner-Blass-Gerth, Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache^{3}, Hannover-Leipzig 1890—1904.
12. Kukula, Tatians sogenannte Apologie, Leipzig 1900.
13. Mayser, Grammatik der griechischen Papyri aus der Ptolemäerzeit, Leipzig 1906.
14. Meisterhans, Grammatik der attischen Inschriften^{3}, Berlin 1900.
15. *Μοίριδος Ἀττικιστοῦ λέξεις* edid. Piersonius, Lips. 1831.
16. Naegeli, Der Wortschatz des Apostels Paulus, Basel 1904.
17. The new Phrynichus by W. G. Rutherford, London 1881.

18. Puech, Recherches sur le discours aux Grecs de Tatien (Bibliothèque de la faculté des lettres XVII), Paris 1903.
19. Schmid, Der Atticismus in seinen Hauptvertretern, Stuttgart 1887—1897.
20. Tatiani oratio ad Graecos, edid. Otto, Ienae 1851 (corp. apol. christian. saec. sec. vol. VI.).
21. Tatiani oratio ad Graecos, edid. Maranus, Paris. 1884 (patrol. Graec. tom. VI.).
22. Tatiani oratio ad Graecos, recensuit Eduardus Schwartz, Leipzig 1888 (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur IV, 1.).
23. Tatians Rede an die Griechen, übersetzt und eingeleitet von Harnack, Festschrift Gießen 1884.
24. *Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου κατ' ἀλφάβητον ὀνομάτων ἀττικῶν ἐκλογαί* edid. Jacobitz, Lips. 1833.
25. Thumb, Die griechische Sprache im Zeitalter des Hellenismus, Straßburg 1901.
26. Thumb, Handbuch der neugriechischen Volkssprache, Straßburg 1895.
27. Sophocles, Greek lexicon of the Roman and Byzantine periods, New York-Leipzig 1893.
28. Wackernagel, Hellenistica, Gott. 1907.
29. Weber, Entwicklungsgeschichte der Absichtssätze, Würzburg 1884—85.
30. Winer-Schmiedel, Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms^{8}, Göttingen 1894.
31. Witkowski, epistulae privatae Graecae, Lips. 1906.

Nonnullos libros et libellos rarius usurpatos nominabo quibus locis usus sum.

Locos Tatiani adscribens secutus sum paginas versusque editionis Schwartzii.

I. De sonis.

A. *ττ, σσ.*

1. Tatianus utitur semper litteris *ττ,* non *σσ* in his vocibus:
ἀττικίζω 28, 18;
βδελύττομαι 36, 2. 24;
γλῶττα 13, 31; 26, 13;
ἐλαττόω 6, 2; 13, 2; (*ἠλαττώθησαν* 17, 8 forma sumpta est e psalm. 8, 6.)
ἐλάττωμα 12, 3;
ἐλάττων 5, 10; 13, 18; 16, 1. 31; 21, 24; 22, 14; 25, 21;
ἐννεοττεύω 21, 1;
κηρύττω 21, 5; 25, 12; 29, 12; 43, 12;
κρείττων 11, 19; 13, 2; 17, 1; 22, 17. 21; 30, 27;
ὀρύττω 30, 22;
παραχαράττω 41, 7;
περιττός 15, 17;
πλάττω 1, 11;
πλήττομαι 18, 11;
πράττω 15, 15; 16, 14; 18, 2; 19, 20; 23, 24; 25, 8; 34, 18;
σφάττω 11, 15.

2. Confunduntur una in voce litterae *ττ* et *σσ.* Nam legimus *τάττω* 1, 11; 4, 23; 17, 12; 18, 29; 32, 23; 42, 9, sed *τάσσω* 2, 16: *συντάσσητε θεῶν.* Fortasse Tatianus noluit quater *τ* litteram scribere.

3. Legimus *σσ* litteras:
βασίλισσα 35, 6;
γλωσσομανία 4, 10;
θάλασσα 7, 1; 22, 27;
μαρμαρύσσω 24, 24;
νεοσσός 22, 13;
πεσσός 10, 7;
τεσσαράκοντα 32, 5. 10.
Accedunt nomina propria: *Τελμησσέων* 1, 4; *Ἄτοσσα* 1, 16; *Φερσέφασσαν* 10, 29; *Ἁλικαρνασσεύς* 31, 19.

4. Tres locos omisi, quia codices dissentiunt: 1, 15 συντάττειν V, σσ M P; — 37, 5 συντάττειν V, σσ M P; — 28, 30 ἐκηρύττετε V, ἐκκηρύσσετε M P.

Item nihil concludi potest e voce ἀττικίζω semper scripta litteris ττ,[1]) e nominibus Τελμησσέων, Ἄτοσσα, Ἁλικαρνασσεύς, e verbo βασίλισσα, in quo etiam Attici scribebant σσ, quia dictionis Atticae non proprium erat.[2])

His igitur omissis legimus ττ 45^iens, σσ 10^iens. Quibus ex locis collectis nobis cognoscendum est, utrum Tatianus usus sit ττ litteris contra usum τῆς κοινῆς διαλέκτου necne.

ττ litteras Atticas in recentioris graecitatis scriptis evanescere ita, ut hodiernus Graecorum sermo perpaucis tantum locis usurpet, notum est,[3]) quamquam dubitari non potest, quin non modo atticistae,[4]) sed etiam scriptores omnino non imitati[5]) Atticam dictionem servaverint ττ litteras velut Thomas in actis et Theophanes confessor. In scriptis prosae vulgaris (LXX; N. T.) plerumque σσ legitur etiam in iis vocibus quae usitatae erant Atticis scriptoribus. Sed ἡττᾶσθαι, ἐλάττων, κρείττων atque quae ex his derivata sunt ττ litteris scribuntur.[6]) Inscriptiones[7]) et papyri[8]) ττ et σσ litteras saepe confundunt, quod in universum dicendum est de scriptis recentioribus.[9])

Polybius ττ litteris utitur in vocibus Attico sermoni usitatis atque eundum usum praebent κοινῆς melioris, ut ita dicam, scriptores[10]) qui litteris σσ scribunt voces non obvias in Atticis scriptis. σσ litterae iam in Atticum sermonem cotidianum irrepserunt.[11])

---

1) Wackernagel p. 22. 2) Kretschmer, Die Entstehung der Κοινή (Sitz.-Ber. d. Wiener Akad. 143 [1900]) p. 26[1]; Phrynichus (Rutherford) p. 306; Moeris p. 71; Thomas Mag. p. 135; Thumb, gr. Spr. p. 57. 3) Thumb, gr. Spr. p. 78. 4) Schmid IV p. 579. 5) Kretschmer p. 26. 6) Wackernagel p. 17. 7) p. 21. 8) p. 22; Thumb, gr. Spr. p. 78 sq. Crönert p. 134 sqq; Mayser p. 222. 9) Wackernagel p. 24. Mentione digna sunt verba Galeni e commentario περὶ ἀγμῶν XVIII 2, 502 K ascripta. 10) Wackernagel p. 16. 11) Schwyzer, N. Jahrb. V p. 259.

Ne Tatianus quidem certam legem sequitur. Dicit *τάττω* et *τάσσω*; *γλῶττα* et *γλωσσομανία*; *ἐννεοττεύω* et *νεοσσός*. De singulis vocibus pauca mihi addenda sunt.

1. *ἐλάττων* et *κρείττων* atque quae derivata sunt ab his vocibus scribuntur saepius in recentiore graecitate [1]) *ττ* litteris. E Pseudo-Callisthene [2]) addo locos I 30; III 2. 6. 12.

2. *πράττω*. Scribuntur *ττ* litterae saepius in papyris.[3]) Addo e Pseudo-Callisthene II 22; III 12. *σσ* litteris verbum scribit atticista Philostratus [4]) duobus locis.

3. *περιττός*. Athanasius (cf. patrol. Graec. edid. Migne tom. XXVI p. 712 A) dicit *κατὰ περιττόν*.

4. *σφάττω* exstat in papyris.[3]) *Κοινῆς* scriptores saepius *σφάζω* dicebant.[5])

5. *πλάττω*. *ττ* litteris scripta vox aliis quoque *κοινῆς* scriptoribus usitata erat.[6]) Ascribo locum e Pseudo-Callisthene assumptum III 15.

6. *βδελύττομαι*. Vox recentioribus temporibus usurpatur, sed Aeliano atticista [7]) excepto omnes scriptores velut NTi [8]) *σσ* litteras scripsisse videntur. Laudatur verbum a Phrynicho: [9]) *σικχαίνομαι· τῷ ὄντι ναυτίας ἄξιον τοὔνομα· ἀλλ' ἐρεῖς βδελύττομαι ὡς Ἀθηναῖος.*

7. *ἐννεοττεύω* vox eodem modo Atticam dictionem sequi videtur. Quae tantum legitur *ττ* litteris scripta tribus locis Diodori (edid. Dindorf, Lips. 1866) 2, 4; 3, 69; 5, 43 neque alibi illis temporibus exstat. Atque dicit Phrynichus [10]): *νοσσὸς, νοσσίον· ἀμφοῖν λείπει τὸ ε. διὰ τοῦτο ἀδόκιμα. λέγε οὖν νεοττὸς, νεοττίον, ἵνα ἀρχαῖος φαίνῃ.* Sed Tatianum *νεοσσός* [11]) dicere mirum est.

---

1) exempla collegit Sophocles. Wackernagel p. 18 sq.; Blass p. 24; Thumb p. 79 [3]. 2) edid. Car. Mueller in Arriani editione Duebneriana, Parisiis 1846. 3) Thumb, gr. Spr. p. 79 [3]. 4) Schmid IV p. 14. 5) Wackernagel p. 24. 6) Schmid III p. 18 [22]. 7) Schmid III p. 187. 8) Wilke-Grimm s. v. 9) Rutherford p. 307. 10) Rutherford p. 287. 11) Helbing, Gramm. p. 12.

8. *πλήττομαι.* In papyris[1]) invenitur vox scripta *ττ* litteris. E Pseudo-Callisthene ascribo II 15.

9. *γλῶττα.* Addo e Pseudo-Callisthene III 12. 18. *σσ* sine dubio praemature scribitur. Nam in Atticis etiam defixionum tabellis[2]) *ττ* et *σσ* litterae in hac voce saepius confunduntur, quas magna ex parte iam quarto a. Chr. saeculo scriptas esse ostendit Wilhelm.[3]) De *γλωσσομανία* nihil concludi potest. Vox est *ἅπαξ εἰρημένη.*

10. *κηρύττω.* Vox *ττ* scripta imprimis legitur apud patres apostolicos.[4])

11. *πεσσός.* *πεττευτήριον* legimus semel apud Eudociam.

12. *τεσσαράκοντα.* Philostratus atticista[5]) *σσ* litteras scribit. Ceteroquin *ττ* etiam *κοινῆς* scriptoribus hac in voce usitatae erant.[6]) Hodierni Graeci[7]) *σσ* dicunt paucis exceptis.[8])

13. *θάλασσα.* Philostratus[5]) quoque atticista utitur litteris *σσ.*

14. *μαρμαρύσσω* denique vox tantum *κοινῆς* propria est.

Tatianus igitur, ut omnia comprehendamus, multo saepius (45) *ττ* quam *σσ* litteras (10) adhibet. Neque tamen certam legem secutus est, quia nonnullae voces et *ττ* et *σσ* litteris scribuntur. (cf. p. 11.) *ἐννεοττεύω* et *βδελύττομαι* voces Atticas et a Phrynicho laudatas Tatianus scribit *ττ* litteris, sed *κοινῆς* voces *βασίλισσα*[9]) et *μαρμαρύσσω* *σσ* litteris scribit eodem modo quo *γλωσσομανία* vocem hoc tantum Tatiani loco (4, 10) obviam. Non invenimus *ττ* litteris scriptas voces quae propriae sunt recentioris graecitatis scriptorum.

---

1) Wackernagel p. 22. 2) Wackernagel p. 15; Schwyzer, N. Jahrb. V p. 251 1c. 259. 3) »Ueber die Zeit einiger attischer Fluchtafeln«, Jahresh. d. österr. archäol. Inst. Bd. VII (1904) p. 105 sqq. 4) Thumb, gr. Sp. p. 79[5]. 5) Schmid IV p. 14. 6) Wackernagel p. 21. 7) Thumb, Handb. § 109. 8) Thumb, gr. Spr. p. 80. 9) Thumb, gr. Spr. p. 57.

Quia nonnullae voces litteris ττ scribuntur etiam in scriptis prosae vulgaris, κρείττων et γλῶττα verba imitari dictionem Atticam haud recte dixeris; accedit, quod Puech[1]) monuit ἀπὸ γλώττης dictionem sollemnem esse et alterum locum quo vox exstat fortasse sumptum esse e scriptore ignoto.[2])

B. ρρ, ρσ. Duobus locis legimus πόρρω 16, 15; 33, 11; semel nomen proprium Τυρρηνοί 1, 14. Nihil fere hac de re concludere possumus. πόρρω enim voce et Attici scriptores et Polybius et vulgaris κοινῆς scriptores[3]) utebantur.

C. γίνομαι, γινώσκω. Nusquam legimus γίγνομαι, γιγνώσκω, sed γίνομαι exstat 3, 14; 4, 3; 6, 18. 23; al. γινώσκω 3, 16; 4, 25; 6, 26; 14, 12; al.

Quas formas obvias iam in Ionicis scriptis et inscriptionibus κοινῆς scriptoribus[4]) usitatas fuisse constat.

D. Pervenio ad verbum λαμβάνω et formas ab eo derivatas. Legimus λήψομαι 31, 12; κατάληψις 6, 10; 12, 12; 14, 8; 16, 31; 20, 25; 24, 16; 29, 3; 37, 4; παράληψις 19, 3.

Qua in re Tatianus imitatur sermonem Atticum. Nam optimi NTi[5]) codices tradunt λήμψομαι, λῆμψις, idemque dicendum est de LXX.[6]) Etiam in inscriptionibus[7]) et papyris[5]) exstat μ littera, quam κοινῆς scriptorum propriam esse apparet.[8])

E. Semper Tatianum οὐδείς, μηδείς similesque voces scribere, non οὐθείς, μηθείς mirum non est.[9])

---

1) p. 27[3]. 2) addere licebit e Pseudo-Callisthene vocem φυλάττω III 25. 33. 3) Wackernagel p. 13. 16 sq. 4) Kretschmer, Die griechischen Vaseninschriften (Gütersloh 1894) p. 171. 5) Winer-Schmiedel § 5, 30. 6) Helbing, Gramm. p. 22. 7) Gust. Meyer, Gr. Gramm.[2] § 43. (Leipz. 1886.) 8) Blass p. 25. 28; Reinhold, de graecitate patrum apostolicorum (Diss. phil. Halens. XIV [1898]) p. 46 sq.; Crönert p. 65 sqq.; Mayser p. 194 sqq. 9) Thumb, gr. Spr. p. 14. 58.

II. De declinationibus.

1. Voces in *—ρα* et *—υῖα* exeuntes in NTo [1]) eodem modo declinantur quo exeuntes in *—σα* vel *—λλα*. Recentioris graecitatis inscriptiones [2]) idem praebent. De Tatiani usu non multum concludi potest, quia uno tantum loco 10, 12 legimus *τῆς θυγατρὸς μὴ ἀπολωλυίας*. (Aliae formae in *—υῖα* exeuntes exstant 6, 14 *γεγονυῖα*; 12, 23 *γεγονυῖαν*; 17, 21 acc. *νενευκυίας*; 30, 18 *ἐοικυῖαν*; 43, 3 acc. *γεγονυίας*.)

2. Tatianus non utitur declinatione secunda quam vocant Atticam, raro obvia in NTo.[3]) Dicit enim non *νεώς*, sed *ναός* 3, 14; 16, 22; 39, 2; (cf. cap. XIII, B, d.) quam formam *κοινῆς* propriam esse constat.[4])

3. Contractae formae exstant: *νοῦν* 1, 19; *νοῦ* 16, 11. Qui genetivus imitatur usum Atticum, nam et NTum [5]) et cetera *κοινῆς* scripta tantum *νοός* praebent.

ὀστέων vox non contracta est 13, 6; 19, 3 secundum *κοινῆς* usum. Moeris [6]) iam dixit: *ὀστοῦν Ἀττικῶς, ὀστέον Ἑλληνικῶς*. Forma sine dubio Ionica [7]) et vulgaris est, quamquam codices scriptorum Atticorum tradunt paucis locis formas non contractas.[8])

De voce *βοῦς* 23, 10 (acc.) nihil concludi potest, quia Tatianus Homeri memor fuit illo loco. (*Φοῖβος ὁ ἀκερσεκόμης τὰς εἰλίποδας βοῦς ἐποίμαινε* cf. Υ 39; Ι 466; al.) *Κοινῆς* formam accusativi esse *βόας* docet Blass p. 27.

4. Verborum quae in *—εύς* finiuntur semel accusativum plur. legimus 11, 10 *τοὺς βασιλέας*, quae forma sequitur usum Atticum.[9]) Nam *κοινῆς* scriptores dicunt *βασιλεῖς*.

1) Blass p. 26. 2) Winer-Schmiedel § 8, 1, adnot. 1. 3) Blass p. 27. 4) Thumb, gr. Spr. p. 57. 5) Blass p. 26. 30. 6) p. 209. 7) Thumb, gr. Spr. p. 241. 63. 8) Blass p. 26²; Kühner I, 1 p. 402. 9) Schmid IV p. 19; Blass p. 28.

5. 25, 17 legimus genetivum κρεῶν. Etiam haec forma Atticam dictionem imitatur.[1])

6. Codices Mosis nomen tradentes non congruunt. Omnes codices praebent Μωσῆς 31, 6; 40, 5. 11; 41, 6; sed Μωυσῆς exstat 37, 23; 38, 10 (P); 39, 6. 12; 41, 1. 16; quae forma trisyllaba omnibus locis in textum recipienda est. Nam invenitur in optimis codicibus NTi, interpretationis LXX scriptorum, Iosephi.[2]) Quod Eusebius 37, 23; 41, 1 tradit Μωσῆς formam, nullius est momenti, quia semper praebet illam formam disyllabam.[3]) Genetivus Μωυσέως invenitur 38, 10; 39, 6. 12, quem legimus etiam in NTo et scriptoribus ecclesiasticis.[4])

Digna denique quae commemoretur est forma Μωσέα 40, 11; 41, 6. Lucas tantum uno loco 16, 29 eandem usurpat, ceteris locis accusativus est Μωσῆ.

7. Σολομών legimus 39, 5; dativus est Σολομῶνι 38, 22. In NTo[5]) interdum inveniuntur formae in —τος, —τι exeuntes.

8. Ἡρακλῆς 42, 1 declinatur sic: Ἡρακλέους 3, 27; 18, 16; 29, 13; 42, 1; Ἡρακλεῖ 42, 4; Ἡρακλέα 3, 25; 29, 11; qui accusativus rarius legitur in recentioris graecitatis scriptis,[6]) quae Ἡρακλῆ formam usurpare solent.

9. Legimus 24, 27 accusativum Ἀπόλλωνα; sed 21, 16 exstat Ἀπόλλω, qui accusativus imitatur dictionem Atticam.[7]) Addo verba Thomae Magistri:[8]) Ἀπόλλω Ἀττικοὶ, οὐκ Ἀπόλλωνα et Moeridis:[9]) Ἀπόλλω Ἀττικῶς, Ἀπόλλωνα Ἑλληνικῶς.

---

1) Moeris p. 272: τέρα καὶ τερῶν Ἀττικῶς, τέρατα καὶ τεράτων Ἑλληνικῶς; Meisterhans p. 143. 2) Blass p. 11. 30 sq.; Wilke-Grimm p. 292 sq.; Winer-Schmiedel § 5, 21 e. 3) app. critic. ad 37, 23. 4) Winer-Schmiedel § 10, 5. 5) Blass p. 30; Winer-Schmiedel § 10, 4. 6) Kühner I, 1 p. 433. 7) Kühner I, 1 p. 425; Meisterhans p. 131. 8) p. 91. 9) p. 25.

10. *Μίνως* 6, 21; 42, 18 declinatur: *Μίνωος* 40, 22; acc. *Μίνω* 27, 8. Alii scriptores praebent *Μίνωα, Μίνων*, atque dissentiunt inter se viri docti,[1]) quaenam forma accusativi sit recta. Herodianus[2]) dicit: *τὸν ἥρω, τὸν Μίνω, τὸν Ἀπόλλω, τὸν Ποσειδῶ ἄνευ τοῦ ν οἱ Ἀττικοί.*

III. De adiectivis et nominibus numeralibus.

A. De adiectivis. 1. 20, 29 legimus *χρυσοῦς* acc. plur., quae forma contracta sine dubio imitatur sermonem Atticum.[3]) Moeris[4]) recte dicit: *χρυσοῦς καὶ χρυσῆ Ἀττικῶς, χρύσεος καὶ χρύσεα Ἕλληνες*, idemque invenimus apud Phrynichum.[5]) Adiectiva contracta desunt in hodierno Graecorum sermone.[6])

2. De usu adiectivi cum articulo coniuncti pro substantivo abstracto alio loco agam (cf. cap. IV, 1). De adiectivis verbalibus cf. cap. IX, I.

3. Mentione dignus est accusativus *ἐνδεᾶ* 5, 26; *κοινῆς* scriptores[7]) solebant dicere *ἐνδεῆ*.

4. Usitata sunt adiectiva quorum masculina et feminina forma habent eundem exitum. Feminina sunt *ἀβοήθητος* 14, 23; *ἀσυνάρτητος* 32, 20; *ἄφθονος* 31, 2; *ἄδικος* 8, 7; *ἀνεξάρνητος* 43, 15; *ἀθάνατος* 14, 10; 17, 17 (cf. 7, 10; 15, 20. 22; 17, 11); *ἀκόσμητος* 6, 7 (cf. 10, 17); *ἄλογος*

1) Kühner I, 1 p. 456. 2) p. 322 editionis *Μοίριδος*. 3) Thumb, gr. Spr. p. 63. 4) p. 296. 304. 5) Rutherford p. 287 sq. 6) Thumb, Handb. § 93. 7) Blass p. 28; Helbing, Gramm. p. 52.

9, 29 (cf. 6, 3; 16, 12; 26, 25, quo loco ἀλόγων recte scribitur[1])); ἄπειρος 36, 11 (cf. 16, 3; 22, 19; 37, 14); ἄναρχος 6, 12 (cf. 5, 1; 6, 13); ἀπάνθρωπος 26, 11.

Praeterea femininum est ἀνθρωποκτόνος 9, 2; πολεμοποιός 9, 2; ἡμίτομος 10, 15; εὔλογος 9, 29; βάρβαρος 31, 8; 37, 7; ἰσοδύναμος 6, 13; ἔντυφος 4, 10; ἀίδιος 15, 20; ἐπίπλαστος 41, 9; ἀλλόκοτος 15, 8; θεοδίδακτος 30, 11; οὐράνιος 22, 14; ἔναρθρος 16, 25; ἐπουράνιος 9, 27 (cf. 7, 6; 18, 5). Talia adiectiva apud recentioris graecitatis scriptores saepe tres exitus habuisse notum est.[2]) Sed Tatianus hunc usum non praebet.

5. De adverbiorum comparativis alio loco agam (cf. cap. VI, 3). Adiectivorum in — τερος exeuntes formae secundum legem exstant 3, 6; 5, 11; 7, 24. 30; 13, 17. 27. 32; al.

6. Comparativus θειότερος positivi fere sensum habet 5, 11; 13, 32 (30, 6 eadem vox notionem comparativi habet). Similiter 24, 3 exstat μεταγόμενοι πρὸς τὸ φυσικώτερον. Quem usum non raro apud Atticos scriptores invenimus.[3])

7. πρεσβύτερος legimus 30, 5; 31, 4; 37, 24; 40, 6; 41, 2. 16; ὕστερος 37, 19; ἄνω vocis comparativus est ἀνώτερος 10, 8; 11, 30; 12, 21; 22, 2; 31, 11; sed 14, 8 ἀνωτέρω praebent MP, ἀνώτερα V. κατώτερος legimus 3, 7; 39, 6.

8. Nusquam legimus περισσός vocem positam pro μᾶλλον vel πλείων quam in κοινῆς scriptis[4]) saepe invenimus. Tatianus usurpat πλείους 4, 1; πλείονας 3, 26; 10, 5; πλείονα 38, 2; 42, 9; πλειόνων 12, 6; πλέον 29, 3, quae forma propria est[5]) Attici sermonis vulgaris et κοινῆς.

Enumero denique ἐλάττων et κρείττων (locos vide p. 9); μείζων 12, 19; 25, 21; κάλλιον 13, 1.

1) Puech p. 140[4]. 2) Thumb, gr. Spr. p. 250. 3) Kühner II, 2 p. 305. 4) Blass p. 35[3]. 5) Thumb, gr. Spr. p. 207.

9. Superlativus persaepe exstat, quamquam *κοινῆς* scriptores evitant formam inusitatam. Hac in re Tatianus sermonem antiquum imitatus esse videtur. Nam invenimus superlativum qui finitur in *—τατος* in NTo, ut exemplum afferam, bis tantum Act. 26, 5; Id. 20. Superlativus evanescit et perpaucis locis quibus invenitur plerumque elativi notionem habet.[1]) Sed Tatianus praebet superlativum in *—τατος* exeuntem 1, 4. 6; 4, 22; 12, 5. 7; 13, 13; 20, 16; 26, 5; 27, 11; 28, 30; 30, 18; 31, 7. 8. 17; 38, 12; 39, 14; 43, 5 (17[iens]). Finitur superlativus *—ιστος* exitu 29, 21 *κάλλιστος;* 19, 21 *οἴκτιστος*. — Accedit *φίλτατος* 3, 2.

B. De nominibus numeralibus pauca addenda sunt.

1. Legimus 42, 8 *δυσί,* non *δυοῖν* formam laudatam a Phrynicho.[2])

2. Numeri compositi exstant 32, 5 *ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα,* quo loco Schwartz in textu *καὶ* recte fortasse omittit. In ceteris enim eiusmodi numeris Tatianus *καί* non scribit: 32, 7 *ἑκατὸν ὀγδοήκοντα;* 32, 10 *διακοσίοις τεσσαράκοντα;* 32, 12 MPV: *τετρακοσίοις ἐνενήκοντα.* Qui usus linguae Graecae proprius est inde a quinto a. Chr. n. saeculo[3]) usque ad hodiernum sermonem.[4])

Ordinalia composita sunt 43, 1 *τριακοστὸς καὶ ἔνατος;* 32, 14 *τρίτος καὶ εἰκοστός*.

3. Alio loco agam de *εἷς* numero adhibito pro pronomine *τίς*. (cf. cap. V, E, 2.)

1) Blass p. 34; de simili usu hodierno Thumb, Handb. § 100. 2) Rutherford p. 289. 3) Thumb, gr. Spr. p. 81 sq. 4) Thumb, Handb. § 111.

IV. De articulo.

1. Infra agam de articulo coniuncto cum participio neutrius generis ad substantivum abstractum significandum (cf. cap. IX, L, 5). De loco 26, 24 *ὁ ζηλῶν ἄνθρωπε τὸν κύνα, τὸν θεὸν οὐκ οἶδας* cf. cap. VII, B. Eodem modo quo neutrum participii legimus neutrum adiectivi [1]) frequentatum pro substantivo abstracto 22, 27 *τὸ ἀδύνατον;* 7, 10; 15, 22; 17, 11 *τὸ ἀθάνατον;* 13, 4 *τὸ αἴτιον;* 4, 4 *τὸ ἀλαζονικόν;* 6, 10; 28, 23; 30, 3 *τὸ ἀληθές;* 33, 25 *τὸ ἀμετροεπές;* 6, 13 *τὸ ἄναρχον;* 30, 8 *τὸ ἀνεπιτήδευτον;* 5, 6 *τὸ ἀόρατον;* 33, 16 *τὸ ἄτονον;* 30, 8 *τὸ ἄτυφον;* 2, 15; 7, 13. 17; 8, 3; 12, 14; 17, 4 *τὸ αὐτεξούσιον;* 22, 29 *τὸ ἔκπυρον;* 22, 7 *τὸ ἐνάμαρτον* (cf. cap. XIII, A); 30, 10 *τὸ ἐξαίσιον;* 3, 10 *τὸ εὔδαιμον;* 30, 9 *τὸ εὐκατάληπτον;* 15, 22 *τὸ λυπηρόν;* 30, 11 *τὸ μοναρχικόν;* 33, 16 *τὸ νωθές;* 7, 20; 30, 10 *τὸ προγνωστικόν;* 7, 25 *τὸ πρωτόγονον;* 22, 29 *τὸ ψυχρόν.*

2. Articulus interdum habet vim demonstrativam: 14, 28 *ἡ δέ haec vero; ὁ μὲν —ὁ δὲ* 13, 9. 17; 12, 21. 24; 27, 22; al. Accedit quod 23, 2; 41, 5. 8 legimus *τὰ ὅσα* = *ταῦτα ὅσα.* Talia raro leguntur in NTo,[2]) saepius apud Polybium.[3]) Atticistae [4]) ipsi quoque interdum articulo anteposito effecerunt, ut enuntiatum relativum quasi substantivum fieret. Imprimis autem tales dictiones velut *τὰ ὅσα* vel *τοὺς ὅσους* legimus apud Menandrum Protectorem, qui saeculo p. Chr. n. VI. de rebus gestis scripsit, et alios illius temporis scriptores.[5])

---

1) Otto p. XXXV; Puech p. 32 pauca de articulo postposito dicit.
2) Blass p. 146; Völker, Syntax der griech. Papyri I (Münster 1903) p. 5.
3) Kälker, quaestiones de elocutione Polybiana (Lips. 1880) p. 275 sq.
4) Schmid I p. 93; II p. 46. 5) Iannaris § 1219.

3. De articulo apud infinitivum et de articulo non posito ante adverbia quae sequuntur praepositiones (velut *μέχρι νῦν*) infra agam (cf. cap. VIII, E. F; XI, G.) De articulo apud adiectiva pauca addenda sunt. *τὰ ὑμέτερα, ἡμέτερα* sunt locutiones usitatae. *τὰ ὅλα mundus* invenitur 5, 2. 17; 6, 16; 13, 23; 29, 3; 30, 11; *τοῖς πολλοῖς plerisque* 37, 3; *τὸν νουνεχῆ omnes sapientes* 39, 24. De *ὁ αὐτός* cf. cap. V, B, 5, de *ἐκεῖνος* voce cf. cap. V, F, 6. *ἕκαστος* invenimus 4, 14; 13, 12; 19, 5; 42, 14 sine substantivo, sed 27, 17 *ἑκάστη πόλις* legitur, quod etiam apud Atticos invenimus.[1]) Bis tantum articulus exstat ante adverbium *οἴκοι* 1, 19; 31, 11. Usitata est dictio *οἱ περί τινα* 32, 1 sqq.

4. Ante nomina propria sine ulla lege articulus partim omittitur, partim ponitur. Exstat 2, 4; 4, 4; 9, 5; 10, 18. 29; 23, 14; 38, 22; al., deest 8, 19; 10, 10; 32, 4. 11; 39, 10. 11; al; quem usum in papyris observamus.[2]) Idem quod de plerisque[3]) *κοινῆς* scriptoribus etiam de Tatiano dicendum est. In utendo articulo non semper adhibet illas distinctiones subtiles quas Attici observabant, sed iam atticistae saepe neglexerunt.[4])

5. Omnibus in paginis saepius exstat participium c. art. pro substantivo, velut 8, 8 *οἱ πλουτοῦντες καὶ οἱ πενόμενοι*. *ὁ βουλόμενος quivis* invenitur 14, 1; 18, 26. Praeterea exstat *πάντες οἱ βουλόμενοι* 33, 8. 27.

V. De pronominibus.

A. De pronomine personali. 1. *ἐγώ* exstat 6, 4. 9; 25, 2; 27, 7; 29, 6; 35, 8. Tatianus omnibus his locis, ut prima persona habeat maiorem gravitatem, *ἐγώ*

1) Kühner II, 1 p. 634; Thumb, gr. Spr. p. 58; Blass p. 183.
2) Völker p. 9 sq. 3) Schmid III p. 64. 4) Schmid s. v. Artikel.

vocem ponit. Contra in NTo[1]) velut Mt. 10, 16; Lc. 7, 27 pronomen interdum sine ulla vi exstat. — ἐμοῦ invenitur 27, 28; 19, 20 legitur in genetivo absoluto. Aliis locis μοῦ tantum invenitur 6, 31; 11, 31; 18, 21; 19, 19; 30, 11. Locis 18, 21; 19, 19 exceptis μοῦ pronomen pro possessivo usurpatur, velut 6, 31 μου τὸ σαρκίον. Coniecturam Schwartzii 27, 28: τοῦ κόσμου cum Puechio[2]) falsam esse puto. Codices secutus τὰ δ' ἐμοῦ scribo, quod praebet bonum sensum. In NTo[3]) saepe cumulati usurpantur casus obliqui pronominis personalis. Thumb[4]) docuit Blassium[3]) aliosque erravisse opinatos hunc usum imitari Iudaeorum sermonem. Nam illi casus quasi supervacanei inveniuntur in scriptis ad quae omnino non pertinet sermo Iudaeorum. Tatianus autem nusquam talia habet. — ἐμοί semel 19, 19 legitur cum praepositione ἐν. Aliis locis tantum μοί legitur 9, 2. 12. 20; al. Accedunt duodecim loci, quibus μοί est dativus quem ethicum vocant, 11, 4. 13; 12, 8. 9; 20, 12; 26, 13. 14; 27, 22; 34, 13; 35, 28; 36, 12; 38, 2. Quia Tatianus haud raro in sententiis interrogativis dativum ethicum usurpat (in aliis numquam invenitur), reicio textum Schwartzii μου 11, 13 secutus codicem P μοι exhibentem. — ἐμέ exstat 21, 4; μέ 2, 5.

2. ἡμεῖς 10, 7; 12, 16. 18; al. — ἡμῶν 4, 21; 5, 7. 14; al. Eodem modo quo μοῦ usurpatur ἡμῶν pro pronomine possessivo 14, 5; 21, 9; 22, 7; 26, 16; 30, 26; ἀφ' ἡμῶν 28, 28 exstat pro ἡμέτερος. 26, 16 quod Schwartz in textum recepit ὑμῶν pronomen falsum esse puto cum Puechio.[5]) — ἡμῖν 6, 21. 25; 18, 7; al. Legitur pro ὑφ' ἡμῶν 16, 17; 32, 18 ἡμῖν συντέτακται, εἰρήσθω, itemque 43, 7, ubi ἡμῖν pronomen traditum tantum ab Eusebio rectum est (Tatiani codices ὑμῖν). παρ' ἡμῖν legitur pro

---

1) Blass p. 166. 2) p. 141[2]; Kukula p. 7. 3) Blass p. 167. 4) gr. Spr. p. 128. 180. 5) p. 139[3]; Kukula p. 7.

pronomine possessivo 31, 10; 33, 21; 34, 19. — ἡμᾶς 4, 29; 5, 8; 6, 8; al.

3. σύ 21, 20. 23; 28, 20 ad personam secundam graviter exprimendam ponitur. In NTo[1]) saepius sine ulla vi exstat velut Mc. 14, 68; Act. 7, 28. — σοῦ deest. — σοί 21, 17. 24. 26; al. Nusquam est dat. ethicus. — σέ 9, 17. 19; 21, 26; 22, 10; 28, 17.

4. ὑμεῖς 6, 4; 13, 15; 15, 7; al. — ὑμῶν 24, 1; 25, 27; al. Usurpatur pro pronomine possessivo 2, 7. 8; 23, 7. 12. 23; 24, 18. 19; 25, 5. 11. 14; 27, 21. — ὑμῖν 1, 3; 2, 2. 9; al. παρ' ὑμῖν legitur pro pronomine possessivo 15, 13; 20, 27; 26, 18; 29, 17; 34, 7. 23; 37, 8. — ὑμᾶς 1, 10; 4, 12; 23, 16; al.

5. Quater legitur genetivus pronominis tertiae personae σφῶν 8, 3; 13, 21; 18, 9 ἡ σφῶν ἀβελτερία et 17, 19 ἡ σφῶν κακοήθεια. Quae forma sine dubio imitatur sermonem Atticum, nam inde a Platone evanescit eodem modo quo pronomen reflexivum σφίσιν αὐτοῖς.[2]) (cf. B, 4.)

B. De αὐτός voce. Pronominis αὐτός casus obliqui in recentiore graecitate velut in NTo saepe supervacaneo abundeque leguntur. Hic usus in Tatiani oratione vix unquam reperitur. Apologetam cum artificio quodam atque de industria sic scripsisse facile cognoscitur. Ne hoc quidem loco supervacaneum esse dixeris pronomen αὐτοῦ: 5, 5 τοῦτον διὰ τῆς ποιήσεως αὐτοῦ ἴσμεν καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὸ ἀόρατον τοῖς ποιήμασι καταλαμβανόμεθα; abesse poterat 7, 29 sq. ὁ μὲν κατ' εἰκόνα τοῦ θεοῦ γεγονὼς χωρισθέντος ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πνεύματος. Schwartz, ut hiatus evitaretur, recte αὐτῶν 8, 19 omisit (ἡγεῖσθαι absolute *ducem esse* legitur 4, 18; 39, 12).

Abundans ille usus αὐτοῦ pronominis, quia invenitur apud eos quoque scriptores[3]) ad quos sermo Iudaeorum

---

1) Blass p. 166. 2) Kühner I, 1 p. 597 sq.; Meisterhans p. 152 sq. 3) Thumb, gr. Spr. p. 180.

non pertinet, falso illi sermoni attribuitur a Nordenio.[1]) Quod contra illum Thumb[2]) dixit, comprobari potest locis Pseudo-Callisthenis. I 34 exstat *οὕτως αὐτοῦ εἰπόντος . . . δεδώκασιν αὐτῷ; ἐλθόντος αὐτοῦ εἰς Μέμφιν . . . ἐνεθρονίασαν . . . αὐτόν;* similia leguntur aliis locis.

2. Praeterea de *αὐτός* voce pauca addenda sunt. Significat idem quod *ipse* 5, 1. 4. 17. 19. 21; 6, 4. 9. 23; al. Saepe invenitur genetivus et praepositus et postpositus velut 9, 18 *αὐτοῦ τὴν μαντικήν;* 34, 27 *αὐτῆς ἡ εἰκὼν;* al. 3, 5 *τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ;* 5, 22 *τῆς ἁπλότητος αὐτοῦ.* cf. 28, 16; 42, 15; al.

3. *ἴδιος* coniungitur cum *αὐτός* voce uno tantum loco 27, 17 *τὴν ἰδίαν αὐτῆς . . . λέξιν;* in NTo[3]) tale multo saepius legitur.

4. Legimus 17, 28 *αὐτούς* pro *σφᾶς αὐτούς;* 17, 29 et 18, 3 *αὐτοῖς* pro *σφίσιν αὐτοῖς* (cf. p. 22). Sed his locis licere *αὑτούς, αὑτοῖς* scribi non neglegendum est.

5. Saepe legitur *ὁ αὐτός,* c. dat. 2, 3; 16, 26; 42, 4; praeterea 1, 10; 3, 23; 6, 18; 7, 9; al.

C. De pronomine reflexivo. In recentioris graecitatis scriptis saepe confunduntur pronomina reflexiva et personalia[4]) velut in NTo Mt. 6, 19: *μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυρούς.* Talia autem non inveniuntur apud Tatianum.

1. *ἐμαυτοῦ* exstat 6, 6; 37, 3; *ἐμαυτόν* 30, 3; 43, 13. (3, 11 Tatianus ex Heraclito sumpsit.)

2. *σεαυτοῦ* legitur 21, 19; 26, 27; *σεαυτόν* 21, 18. Semel pluralis invenitur *ὑμῶν αὐτῶν* 1, 18. Quae forma in *κοινῆς* scriptis rarissime invenitur velut semel in NTo (I Cor. 5, 13).

3. Saepius pronomen tertiae personae reperitur. *ἑαυτοῦ* 2, 26; 9, 19; 19, 23. 25; 30, 24; 35, 7. *ἑαυτῆς* 34, 21;

---

1) Kunstprosa (Leipzig 1898) II p. 484 sq. 506². 2) gr. Spr. p. 180. 3) Blass p. 172. 4) Blass p. 170.

ἑαυτῷ 6, 9; 13, 30 et 29, 16, quo loco cur Schwartz ἑαυτοῦ posuerit, intelligere nequeo. Totum illud enuntiatum vertendum est: »eiusmodi enim quaestionibus occupari hominum est dogmata (et sua et aliena) sibi legis instar imponentium.« ἑαυτῇ 7, 20; ἑαυτόν 3, 20; 7, 16; 12, 8; 20, 10; 21, 22; 23, 13; 25, 23; ἑαυτήν 14, 11. 16; ἑαυτοῖς 4, 13. 16; 25, 17; 27, 5; 28, 6. 30 et 18, 7, quo loco bene mutavit Schwartz quae traduntur.

ἑαυτούς 8, 16; 12, 14; 17, 26; 18, 28; 20, 20; 25, 22; 30, 21; ἑαυτάς 19, 3.

Formae disyllabae (αὑτοῦ etc.) leguntur 7, 16; 9, 19; 13, 30; 20, 10. 20. 30; 25, 17; 30, 24; quas magis magisque evanescere etiam in inscriptionibus saeculi p. Chr. n. primi et secundi Blass[1]) docuit.

Praeterea leguntur formae σφίσιν αὐτοῖς 19, 7 et 18, 30, quo loco v. Wilamowitz bene ascripsit αὐτοῖς. σφίσιν αὐταῖς exstat 15, 4. Tales formae sine dubio Atticum sermonem imitantur (cf. p. 22).

Tertiae personae pronomen pro prima et secunda forma adhiberi notum est, non solum apud tragicos et Atticos scriptores[2]), sed etiam in κοινῆς scriptis et inscriptionibus et papyris[3]). Neque atticistae[4]) talia evitaverunt. Tatianus idem praebet, legimus enim 28, 30 ἑαυτοῖς pro ὑμῖν αὐτοῖς; 12, 14; 30, 21 ἑαυτούς pro ἡμᾶς αὐτούς; 20, 10 αὑτὸν pro σεαυτόν.

D. De pronomine possessivo. Usitatae sunt formae ἡμέτερος 5, 15; 14, 8; 23, 8; 24, 15; 26, 17; 30, 22; 31, 2. 5; 33, 13; 34, 2; 36, 23; 37, 12; 41, 12 (cf. p. 21 sq.).

ὑμέτερος 18, 22; 23, 20; 28, 14; 31, 14; 33, 12. 31; 34, 2; 36, 26; 43, 11.

Raro legitur ἐμός: 5, 9; 27, 28.

1) p. 37¹. 2) Schmid III p. 67. 3) Dieterich, Untersuch. zur Geschichte der griech. Spr. (Leipz. 1898) p. 193; Hatzidakis, Einleitung in die neugriech. Gramm. (Leipz. 1892) p. 189; Naegeli p. 36. 4) Schmid I p. 82. 228; II p. 19; IV p. 69.

ἐμός pronomen recentioribus temporibus tantum in Asia Minore usitatum erat, quod comprobatur dialecto hodierna Ponti et Cappadociae. Iohannem evangelistam, cum saepissime hanc formam adhibuerit, recte Thumb[1]) scripsisse evangelium in illa terra concludit atque consentiunt omnes fere theologi[2]). ἐμός legimus 41 locis in Iohannis evangelio, ter in epistulis tribus Iohannis, semel in Apocalypsi. Omnes reliqui praebent vocem 34 locis. Tatianus autem utitur ἐμός pronomine bis, ἐμοῦ genetivo possessivo quater; ἡμέτερος 13iens, ἡμῶν vel παρ' ἡμῖν 9iens; ὑμέτερος 9iens; ὑμῶν vel παρ' ὑμῖν 18iens. Pronomen igitur possessivum ponitur 24iens, aliter possessio significatur 31iens. Addendum est Tatianum ἐμός, ἐμοῦ, μοῦ voces rarius, σός vero et σοῦ omnino non adhibuisse, quia plerumque loquitur de Graecis vel iis qui suam sententiam sequuntur. Qua de causa, cum multo saepius ὑμεῖς, ἡμεῖς dicendum esset, vix quidquam concludi potest e numeris vocum ἐμός et σός.

E. De pronomine indefinito τὶς, τὶ. 1. In structura ὁ μὲν — ὁ δὲ Tatianus haud raro ponit post μέν voculam formam pronominis indefiniti. Locos enumero.

12, 21 τὸ μέν τι ὦσιν ὑλικοὶ, τὸ δὲ . . .
12, 24 τὸ μέν τι . . . ἄπειρον, τὸ δὲ . . .
13, 1 τὸ μέν τι κάλλιον, τὸ δὲ . . .
13, 17 οἱ μέν τινες αὐτῶν . . . τραπέντες, οἱ δὲ . . .
27, 22 τὸ μέν τι εἶναι . . ., τὸ δὲ . . .

Sed talia leguntur apud Platonem[3]) quoque (leg. 658 B); Herodotum (2, 60); Xenophontem (Cyrop. 3, 1. 41; 6, 1. 26); Thucydidem (6, 15).

Hic tres similes locos adnoto:

8, 16 ὁποῖοί τινες πεφύκασι . . ., πεφανερώκασι.

---

1) Prinzipienfragen der Κοινή-Forschung, N. Jahrb. XVII p. 259 sq.; Moulton, a grammar of New Testament (Edinburgh 1908) I prol. p. 40². 2) Jülicher, Einleitung in das neue Testament 5/6 p. 387 (Tübingen 1906). 3) Kühner II, 2 p. 265.

9, 23 *τοιοῦτοί τινές εἰσιν οἱ δαίμονες.*
15, 7 *τοιοῦτοί τινές ἐστε καὶ ὑμεῖς.*

2. Interdum in recentioris graecitatis scriptis invenitur *εἷς* pro *τὶς*[1]) velut in NTo.[2]) Tatianus autem evitat hunc usum eodem modo quo Lucas evangelista[3]), quem saepius usurpasse formas antiquiores notum est.

3. Addo denique locum quo pronomen *τὶς* significat[4]) magnitudinem quandam (17, 27): *ἵνα τε νομισθῶσιν εἶναί τινες, ut existimentur aliquid (eximium) esse.*

F. De pronomine demonstrativo. 1. Tatianus ut alii scriptores usurpat *οὗτος* in enuntiati initio, qua re asyndeton fere fit. Exempla huius usus legimus 2, 9; 4, 27; 5, 5. 23; 9, 2; 39, 9; 43, 9.

2. Interdum *οὗτος* exstat quibus locis Attici scriptores *αὐτός* vocem ponebant: 1, 2; 3, 7. 14; 7, 28; 8, 1 *διὰ δὲ τὴν παράβασιν καὶ τὴν ἄγνοιαν ὁ πρωτόγονος δαίμων ἀποδείκνυται καὶ τοῦτον οἱ μιμησάμενοι. τούτου δὲ τὰ φαντάσματα;* 10, 10; 14, 27; 18, 26; 35, 16 *Μελανίππη τις ἦν σοφή· διὰ τοῦτο ταύτην ὁ Λυσίστρατος ἐδημιούργησεν.*

3. Addo locos 18, 13; 21, 26: *τί καὶ λέγειν ἔχομεν ἢ τοῦθ' ὅτι* et *ὁ ποιῶν σε φιλάργυρον, οὗτος . . . μαντεύεται,* quia similes structurae non raro exstant in NTo.[5])

4. *τοιοῦτος* eodem modo quo *οὗτος* saepe ponitur in enuntiati principio ita, ut asyndeton fere fiat, velut 9, 23; 15, 7; 16, 24; 22, 3; 23, 11; 28, 13. Praeterea saepissime vox invenitur, 3, 10. 28; 11, 26; 16, 22; 20, 21; al.

5. *τοσοῦτος* quater tantum exstat 2, 5; 20, 27; 29, 19; 36, 10; semel *ὅδε:* 39, 20 *γεγόνασι βασιλεῖς οἵδε.* In NTo[6]) *τάδε λέγει* usitata est dictio.

---

1) in hodierno Graecorum sermone usurpatur pronomen *κανείς* (*κἄν = καὶ ἄν* et *εἷς*); Thumb, Handb. § 135. 2) Blass p. 145. 3) Thumb, gr. Spr. p. 184; Norden, Kunstprosa II p. 485 sq. 4) nonnullos huius usus locos collegit Kühner II, 1 p. 664. 5) Blass p. 175. 6) p. 37.

6. *ἐκεῖνος* exstat 16, 26; 17, 26; 20, 17; 26, 13; 28, 20; 30, 6; 31, 20; 35, 10; 41, 4; semel cum articulo coniungitur 37, 20: *κατ' ἐκεῖνον αὐτὸν τὸν χρόνον.*

G. De vocibus *ἕτερος, ἑκάτερος, ἀμφότεροι, ἀλλήλοις.* 1. *ἕτερος* rarius in recentiore graecitate legitur velut in NTo[1]), deest in hodierno sermone Graeco. Interdum confunditur cum *ἄλλος* vocula. Idem apud Tatianum invenimus. Sex tantum locis legitur, semel vox habet antiquum sensum dualis: 4, 15 *μισεῖ μὲν γὰρ ἕτερος τὸν ἕτερον.* Reliquis locis pro *ἄλλος* vocula ponitur: 2, 1 *τὴν ἀφ' ἑτέρων περιμένειν μαρτυρίαν;* 16, 19 *οὐδέν ἐστιν ἕτερον ἢ αὐτὸ τὸ ὄν.* Praeterea 20, 1; 30, 27; 32, 12.

θάτερος vocula ter legitur: 8, 13 *θάτερος θατέρῳ σπουδάζων;* 13, 7 *θάτερον δὲ θατέρου ὂν διάφορον;* 26, 19 *θατέρου γὰρ τῶν ὤμων ἐξαμελοῦσι.* Nominativus *θάτερος* demum *κοινῆς* scriptoribus usitatus est[2]).

2. *ἑκάτερος uterque* exstat 7, 12; 12, 20; 31, 6. Vox deest in NTo.

3. *ἀμφότεροι ambo* semel legitur 1, 13.

4. *ἀλλήλων* 30, 29; *ἀλλήλους* 28, 6.

VI. De adverbiis.

1. Adverbia derivata ex adiectivis 35iens[3]) leguntur velut 1, 1 *φιλέχθρως;* 2, 23 *ἀμαθῶς;* 3, 14; 4, 25; 7, 15. 17; 10, 26; al.

2. 25, 27 *καλῶς* adverbium saepe obvium apud *κοινῆς* scriptores[4]) legitur, sed 19, 15 *εὖ* exstat, quod perraro illis temporibus invenitur[5]), sexies in NTo, quater in LXX.

---

1) Blass p. 37. 183. 2) Kühner I, 1 p. 223. 3) Puech p. 110³ de loco 3, 17. 4) Naegeli p. 56; Blass p. 61. 5) Wilke-Grimm s. v.

3. Adverbium comparativi septiens invenitur: 5, 14; 12, 8; 15, 21; 16, 16; 28, 17; 34, 23; 16, 3, qui locus mentione dignus est. Codices MPV tradunt *μειζόνως*, Schwartz *μεῖζον* in textum recepit, quod cum *ἀποβέβηκεν* coniungit (cf. ind. graec.). Sed cum *ἀποβαίνειν* etiam 27, 7 absolute positum sit, *μειζόνως* fortasse servandum est. Quae forma saepius invenitur [1]) quam putabatur antea. Plato [2]), ut exemplum afferam, undecies *μειζόνως* dicit atque similia adverbia usurpabant alii quoque scriptores Attici [3]). Addendum est NTum non raro eundem usum praebere [4]).

4. Non leguntur adverbia superlativi derivata ab adiectivis, semel adverbium participii 28, 24 *ἀνεξετάστως*. Eiusmodi adverbia inde ab Aristotele saepius leguntur [5]).

5. Ponitur neutrum adiectivi pro adverbio: *ἔσχατον* 36, 27; *λοιπόν* 16, 4; 17, 15; 22, 18; 43, 12; *μόνον* 6, 26; 7, 5. 13; al.; 35, 15 exstat *μόνον οὐχί* tantum non; *πολύ* 38, 10; 39, 6; 42, 12. 21; *ὕστερον* 3, 14; 32, 7. 9. 15; 43, 3. De adverbiis *οὕτως* et *ὡς* obviis plus quinquaginta locis nihil addendum est. Commemoro denique 26, 10 *κέχηνε . . . μέγα*.

6. Adverbia facta sunt accusativi *δωρεάν* 20, 30; *προῖκα* 33, 6. Accedunt dictiones formatae praepositionibus quas infra tractabo (cf. cap. VIII).

7. Adverbia loci et temporis in *ου, οι, ω, σι* exeuntia leguntur *ποῦ* 39, 5; *οἴκοι* 1, 19; 31, 12; *ἐνταυθοῖ* 22, 17 significans »hier«, quod iam apud Atticos scriptores invenitur [6]); *πόρρω* 33, 11; *ἄνω* 14, 25; 29, 12 (quo loco?); *κάτω* 14, 22; 17, 21; 32, 12 (quem in locum?); 18, 3 (quo loco); *μηδέπω* 5, 18.

1) Frohwein, de adverbiis Graecis (Lips. 1868) p. 24 sqq. 2) p. 33. 3) Kühner I, 1 p. 577. 4) Blass p. 61. 5) Schmid II p. 54. 6) Kühner I, 2 p. 304; Meisterhans p. 147.

Mentione digna sunt adverbia *Θεσπιᾶσι* 23, 13 et *Ἀθήνησι* 32, 7. Qui usus recentioribus temporibus evanescit[1]).

8. Atticum sermonem imitantur adverbia *ἀλλαχῇ* 30, 2; *δημοσίᾳ* 20, 20; 26, 26; 28, 12; quae nusquam fere in *κοινῆς* scriptis leguntur. Lucas tantum evangelista has formas adhibet Act. 21, 28; 24, 3; 16, 37; 18, 28; 20, 20. (21, 28 et 24, 3 inveniuntur in ea Actorum parte quam theologi nonnulli attribuunt scriptori ignoto[2]), cuius narratio irrepserit in Lucae verba. Sed in horum adverbiorum usu consentiunt scriptor ille ignotus et Lucas. Similia aliis in rebus observata sunt[3]).)

9. Enumero adverbia *πλήν* 7, 13; 13, 1; 37, 19; *λίαν* 2, 25; 8, 6; 24, 6; 37, 25; *σχεδόν* 43, 7; *συμφύρδην* 2, 8; *ποτέ* 1, 15; 16, 9; *πολλάκις* 2, 15; 12, 10; 20, 1; 24, 21; *τοσαυτάκις* 15, 15; *ἥκιστα* 19, 18; *ἐμποδών* 22, 19; *μᾶλλον* 4, 10. 28; al. *πολλῷ μᾶλλον* 19, 23. 25; *νῦν* 2, 2. 15; 3, 4; al. Legitur 29, 18 *νυνὶ δὲ* *nunc vero* (antecedit *ἐχρῆν*). Similiter Attici *νυνί* dicebant cum gravitate quadam (»gerade jetzt«). NTi scriptores adhibent sine ulla differentia *νῦν* et *νυνί*. — *ἀεί* 6, 18 (37, 18 sumpsit Tatianus e Solone). Non invenitur *πάντοτε* pro *ἀεί* vox *κοινῆς* scriptoribus usitata[4]) et imprimis obvia apud Paulum. Attici *ἑκάστοτε* dicebant. *πάνυ* permultis locis adhibetur: 1, 1; 2, 9. 18. 26. 28; 3, 2; al. *σφόδρα* 24, 23; 33, 22; 42, 15; *πάλαι* 6, 28. 30; *αὖθις* 2, 15; 6, 29 (*εἰσαῦθις* 10, 5; 15, 21. 25); *ἅπαξ* 6, 19; *πάλιν* 3, 3. 23. 25; 6, 30; 12, 17; 14, 15; 17, 9; 21, 23; 30, 20; *μόγις* 40, 3; quae forma in NTo tantum apud Lucam 9, 39 obvia laudatur a schol. ad Apoll. Rhod. I, 674: *μόλις κακῶς διὰ τοῦ λ· ἔδει γὰρ τοῦ γ, παρὰ τὸν μόγον.* — *ἔσθ' ὅτε* exstat 2, 7; 17, 25; 18, 9.

1) Thomas Magister p. 13: *Ἀθήνησιν, οὐκ ἐν Ἀθήναις.* 2) Jülicher, Einleitung in das neue Testament 5/6 p. 409 sqq. 3) Norden, Kunstprosa II p. 482 sqq. 4) Blass p. 62.

10. Adverbia in —*θεν* exeuntia leguntur: 14, 25 *κάτωθεν*; 22, 23 *ἐντεῦθεν*; 24, 22 *ἔσωθεν*; 24, 23 *ἔξωθεν*; 1, 8; 21, 8; 40, 9 *ὅθεν*; 14, 26 *ἀρχῆθεν*.

VII. De casibus.

A. De accusativo dualis. Uno loco 24, 25 Tatianus adhibet dualem: *τὼ χεῖρε λυγιζόμενον*. Qui usus artificiose sermonem Atticum imitatur[1]). Nam dualis evanescit[2]) in prosae orationis scriptis inde ab anno a. Chr. n. circiter 320, atque deest omnino *κοινῇ* dialecto, velut Polybio et NTo[3]). Atticistae[4]) demum velut Dio Chrysostomus primus denuo scripserunt. Sed sermoni cotidiano dualis inusitatus erat[5]) ita, ut nusquam usurpetur in hodierno Graecorum sermone[6]) atque recte dixerit Moeris[7]): *νῴ δυϊκῶς Ἀττικῶς, ἡμεῖς Ἑλληνικῶς*.

B. De vocativo. Legitur 14iens. 1, 2 *ὦ ἄνδρες Ἕλληνες* nescio cur *ὦ* voculam Schwartz et Kukula[8]) omiserint traditam a codicibus PV, idemque dicendum est de locis 23, 22; 27, 10; 43, 9[9]) quibus omnes codices Tatiani *ὦ* tradunt. Nam ex *ὦ* voce omissa ab Eusebio 43, 9 nihil concludi potest[10]). 26, 24 *ὁ* in textum recipiendum est (P *ὦ*). Exstat pro *σὺ μὲν ὁ ζηλῶν ἄνθρωπε* . . . *σὺ δὲ ὁ κεκραγώς*. Praeterea legimus 9, 17 *ὦ Δάφνη*; 15, 7; 18, 20 *ὦ Ἕλληνες*; 22, 20 *ὦ ἄνθρωπε*, sed 28, 15 *ἄνθρωπε*; 4, 20; 13, 19; 14, 10; 23, 5 *ἄνδρες Ἕλληνες*.

---

1) Puech p. 27³. 2) Kühner II, 1 p. 20. 3) Blass p. 3. 38. 4) Christ p. 747; Kühner I, 1 p. 362; Schmid s. v. Dual. 5) de duali in inscriptionibus recentioribus Schmid II p. 36. 6) Thumb, Handb. § 148. 7) p. 195. 8) p. 3. 9) Kukula p. 14. 10) In NTo *ὦ* vocula tantum summa cum gravitate dicitur. Blass p. 89.

C. De nominativo. 1. Saepe coniungitur nominativus praedicativus cum verbis *εἰμί* et *γίνομαι* (7, 23. 24; 9, 26; 10, 24; 21, 11; 25, 30; 26, 3, 26), sed nusquam ponitur pro eo *εἰς* praepositio cum accusativo coniuncta, obvia interdum in NTo[1]).

2. Cum nominativo praedicativo coniunguntur haec verba: *καλέομαι* 9, 16; 11, 2; 12, 18; *ἀποκαλέομαι* 20, 14; *φαίνομαι* vel composita eius verbi 15, 7; 37, 16. 23; 40, 5/6; 41, 1; *ἀποδείκνυμαι* 4, 2. 29; 8, 1; 36, 9 (33, 26 *οὐκ ἂν ὡς φοξὸς . . . διεβάλλετο*); *εὑρίσκομαι* 34, 24; 43, 1 (35, 21 *ὃς . . . ὥς τις ἀνὴρ θαυμαστὸς δείκνυται*).

D. De genetivo. Recentioris graecitatis scriptores pro casibus simplicibus saepe adhibere dictiones praepositionales Schmid[2]) docuit. Sed Tatianus contrarium usum paucis locis exceptis praebet. Quod comprobari potest imprimis usu 1. genetivi partitivi, pro quo recentiores scriptores plerumque *ἐξ, ἀπό, ἐν* praepositiones usurpabant[3]). Tatianus autem illas praepositiones nusquam, genetivum partitivum 14iens adhibet his locis: 1, 4 *Τελμεσσέων οἱ δοκιμώτατοι;* 1, 6 *Ἰσαύρων οἱ παλαίτατοι;* 6, 22 *οὐδεμία τῶν ψυχῶν;* 10, 4 *ἑνὸς αὐτῶν;* 12, 24 *τὸ μέν τι αὐτῆς;* 13, 17 *οἱ μέν τινες αὐτῶν;* 19, 5 *ἕκαστον αὐτῶν;* 20, 1 *ἕτερον τῶν κακῶν;* 25, 21 *τῶν κακῶν τὰ ἐλάττονα;* 27, 23 *τὸ μέν τι . . . αὐτοῦ;* 31, 7 *ποιητῶν . . . πρεσβύτατον;* 31, 7 *ἑκάτερον αὐτῶν;* 38, 8 *ἀφηγεῖταί τινος αὐτῶν;* 43, 6 *τοῦ . . . πρεσβυτάτου τῶν προειρημένων.*

2. Persaepe (31iens) exstat genetivus comparationis. 3, 7. 27; 4, 1; 5, 11; 10, 7; 11, 30; 12, 19. 21; 14, 8; 21, 24; 22, 2. 17; 29, 3; 31, 5. 11; 32, 7. 9. 15; 34, 7. 23; 37, 9. 19. 24. 25; 38, 10; 39, 6; 40, 6; 41, 2. 16; 42, 2. 13. Pro hoc genetivo legimus bis *παρά* c. acc. 3, 6; 7, 24. Qui usus invenitur raro apud scriptores antiquos, saepius

---

1) Blass p. 88. 2) II p. 242 in adnotat. 3) Blass p. 108 sq.; Schmid II p. 38[56].

in κοινῆς scriptis velut in NTo[1]). Deest genetivus com=parationis in hodierno Graecorum sermone[2]).

ἤ vel ἤπερ raro post comparativum exstant. μᾶλλον ἤπερ 15, 6. 9 invenitur. 41, 3 ἤπερ sine μᾶλλον voce ex=stat: χρὴ τῷ πρεσβεύοντι κατὰ τὴν ἡλικίαν πιστεύειν ἤπερ τοῖς . . . Ἕλλησιν. ἕτερον ἤ 16, 19. 20; 30, 27 legitur similiterque intelligendus est locus 18, 13 τί λέγειν ἔχο-μεν ἢ . . .

Invenimus ergo ἤ post comparativum verum bis, gene=tivum 31iens. Schwab[3]) dixit genetivum ad ἤ voculam rationem habere quam 18 ad 1 apud poetas, quam 5, 5 ad 1 apud prosae scriptores Atticos, atque ab omnibus κοινῆς scriptoribus usurpari genetivum triplo plus quam ἤ vocem. Tatianus igitur cum artificio quodam genetivum saepius adhibet quam scriptores sui temporis et Attici.

3. Saepe legimus genetivum post transitiva habentia sensum partitivum. Nusquam ne hic quidem praeposi=tiones Tatianus adhibet ut NTi scriptores[4]). Legimus μετέχω τινός 15, 19; μεταλαμβάνω τινός 12, 4; 13, 11; 17, 15; 20, 5; 22, 23 (12, 7 γίνομαι μετά τινος, sed locum corruptum esse apparet).

ἀπολαύω verbum in NTo[4]) nusquam obvium exstat cum genetivo 18, 20; 20, 22; 33, 7; 35, 3 et ὀνίναμαι 9, 19; ἀμοιρέω 15, 14; πίμπλημι 30, 23 item cum gen. coniunguntur[5]).

4. Hoc loco addo verba adipiscendi similisque notionis: ψαύω τινός 28, 14; ἔχομαι 34, 3; ἀντέχομαι 28, 20; ἀντι-ποιέομαι 36, 23; 37, 8; ἐφίεμαι 2, 12; 12, 8; 13, 26; τυγχάνω 33, 10; δέομαι 26, 21; χρῄζω 12, 6; 26, 22; 33, 24.

---

1) Kühner II, 1 p. 511; Blass p. 110. 2) Thumb, Handb. § 104. 3) histor. Syntax der griech. Comparation (Würzburg 1894) II p. 92. 4) Blass p. 102 sq. 5) De genetivo partitivo sequente verba transitiva dicit Schmid III p. 51 sq.: »Die Κοινή hat diese Struktur zu Gunsten der transitiven aufgegeben u. mit Recht gelten solche Genetive den späteren Grammatikern für Atticismen.«

Accedunt *κατακούω* 14, 5; 18, 21; *ἐπακούω* (*ὑπακούειν* codd.) 30, 29 (*ἀκούω τι* legimus 34, 5).

5. Verba reliqua cum genetivo coniuncta enumero: *ἀξιόω (τινά τινος)* 9, 28; 11, 13; 29, 24; 36, 3; *ἀπαλλάττω* 11, 29; *ἀπείργω* 42, 9; *ἀποδέω* 20, 28; *ἀποπαύομαι* 18, 19; *ἀποπέτομαι* 20, 22; *ἀπορέω* 23, 22; *ἀποσπάω* 30, 14; *ἀποτέμνω* 28, 4; *ἀποφέρομαι* 1, 13; *ἄρχω* 7, 27; *ἀφηγέομαι* 38, 7; *ἐκχωρέω* 26, 17; *ἐξαμελέω* 26, 19; *ἐπιβαίνω* 40, 3; *ἐπικρατέω* 15, 11; 30, 22; *ἡγέομαι* 1, 15; *καταγελάω* 11, 11; *καταγινώσκω* 29, 17; 35, 8; *καταφρονέω* 11, 30; 20, 26; 21, 3; 29, 2. 5; *κατεξουσιάζω* 17, 3; *μέλον μοί ἐστι* = *μέλει μοί τινος* 35, 23 (cf. 3, 15; 6, 24); *μεταβαίνω* 22, 13; *παραιτέομαι (τινά τινος)* 7, 29; *παρατρέπω (τινά τινος)* 19, 12; *προνοέω* 3, 7; *προὔχω* 16, 24; 42, 18; *στερέω* 9, 6; *χωρίζω* 5, 25; 33, 3. 11. Usitatiores sunt dictiones *ἀποπέτομαι ἀπό τινος; μεταβαίνω ἔκ τινος.*

6. Genetivus pretii exstat 2, 14; 11, 10; 20, 18.

7. Post *εἰμί* verbum legimus genetivum 10, 2; 13, 3; 16, 26; 19, 17. 26. 30. *ἔστι τί τινος* significans idem quod dictio Latina *est alicuius (officium)* non invenitur. 29, 16 autem Tatianus dicit *τὸ . . . περὶ τοιαύτην ἀσχολεῖσθαι ζήτησιν νομοθετοῦντός ἐστιν ἔργον.*

8. Rarius genetivus sequitur adiectiva. Enumero omnes locos: *αἴτιος* 13, 4; 18, 15; 32, 22; *ἀνενδεής* 5, 13; *δεκτικός* 16, 11. 12; *διάφορος* 13, 7; *ἔκβλητος* 9, 26; 10, 24; *κενός* 6, 5; *κοινός* 12, 29; *μεστός* 33, 31; 37, 13; *συγγενής* 2, 6 (cf. p. 35); *σχετικός* 16, 21.

Mentione denique dignus est locus non integer 15, 26, quo coniungitur genetivus cum voce *ὅμοιος*. Nam reliquis locis semper dativum invenimus, etiam in eodem enuntiato 15, 27 (cf. p. 35).

E. De dativo. Recentioris graecitatis scriptores[1]) saepe pro dativo usurpant dictiones formatas praepositio-

1) Blass p. 111 sqq.

nibus εἰς et ἐν, atque dativum deesse sermoni Graecorum hodierno [1]) notum est. Eodem modo quo in NTo in Tatiani oratione non raro dativum legimus, sed nusquam confunditur cum illis locutionibus praepositionalibus [2]).

1. *δουλεύω* 19, 7 cum dat. coniungitur. Idem legimus in NTo [3]). *ὑπηρετέω μοιχείαις* 19, 8 exstat. — *προσκυνέω* semper secundum legem Atticam coniungitur cum acc. 2, 27; 5, 7. 9; 11, 6. 14; 13, 20. In NTo legimus et accusativum et dativum. — *δοκέω* c. dat. 9, 3; 28, 19. — *ἀποθνήσκω τινί* significans: »einer Sache absterben« semel legitur 12, 10. — *ἀποτάσσομαι* valedico cum dat. *κοινῆς* scriptorum [4]) proprium est verbum 2, 9. Dicit Phrynichus [5]): *ἀποτάσσομαί σοι ἔκφυλον πάνυ· χρὴ γὰρ λέγειν ἀσπάζομαί σε. οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἀρχαῖοι εὑρίσκονται λέγοντες, ἐπειδὰν ἀπαλλάττωνται ἀλλήλων.* — *ἑαυτὸν ἐψεύσατο* legimus 21, 22 (cf. 4, 6; 29, 4). In NTo interdum dativus legitur. — Semper coniunguntur cum dativo verba *πείθομαι* 2, 28; 15, 4; 19, 13; 23, 22; 26, 16; 29, 11; 30, 7. 20; 33, 3; *μαρτυρέω* 9, 11; 25, 25; *ἐπιμαρτυρέω* 4, 9. — *πιστεύω* cum dat. personae 6, 25; 19, 27; 20, 8. 9; 41, 3 (6, 28 cum accus. rei). Addo apud alios scriptores hoc verbum saepe coniungi cum praepositionibus [6]). 11, 12 *τὶς . . . . . φήσας πεπίστευται* legitur pro *τινι φήσαντι.*

2. *εἰμί* c. dat. 1, 16; 20, 17; 37, 3; 39, 15 legitur, velut 20, 17 *ἐκείνοις ἔθος ἐστί.*

3. Dativus coniungitur cum passivo 16, 17 *ἡμῖν συντέτακται*; 32, 18 *ἡμῖν . . . εἰρήσθω*; 43, 7 *ἡμῖν . . . εἴρηται* (cf. p. 21). Schmid [7]) dicit atticistas denuo usurpasse has formas inusitatas *τῇ κοινῇ.*

---

1) Thumb, Handb. § 39. 2) dicit Schmid III p. 56 de dativo obvio in *κοινῆς* scriptis: »Je mehr er faktisch in der gesprochenen Sprache aufhört gebraucht zu werden, desto krampfhafter hält ihn die Schriftsprache fest und desto mehr Fehler werden in seiner Anwendung gemacht.« 3) Blass p. 111 sqq. 4) Puech p. 29. 5) Rutherford p. 75. 6) Blass p. 112. 7) IV p. 611 sq.

4. Dativus ethicus saepe exstat et cum inf. 11, 4; 26, 13 *τί μοι καὶ τεθνηκέναι τὸν Πυθικὸν αὐλητήν;* 26, 14; 34, 13; 36, 12; 38, 2; et cum indic. 11, 13 (cod. P.) *τί μοι . . . σεσυλήκατε* (cf. p. 21); 12, 8. 9; 20, 12 (*τί δέ μοι θεοποιεῖς τὰ ἐν κόσμῳ*); 27, 22.

5. Dativus sociativus legitur apud haec verba: *ἀναμίγνυμι* 20, 6; *ἀνθίσταμαι* 26, 29; *ἀντερείδω* 31, 15; *ἀντιδοξέω* 4, 16; *ἀντισοφιστεύω* 14, 30; *διαλέγομαι* 28, 8; *διαμάχομαι* 28, 21; *ἐγγίζω* 39, 5; *ἕπομαι* (deest in NTo) 14, 27; 15, 16; 26, 28; 33, 4; *ζεύγνυμι* 16, 5; *κατακολουθέω* 15, 10; 20, 14; 22, 5; 28, 14; *κοινωνέω* 21, 8; 25, 5; *παλαίω* 33, 18; *παρακολουθέω* 14, 4; *πολεμέω* 28, 6; *συγγίνομαι* 9, 11; 29, 21; *συγκρίνω* 23, 7; 24, 16; *συμπεριπλέκομαι* 15, 2; *συναγωνίζομαι* 21, 17; *συνακολουθέω* 7, 28; *συναποθνήσκω* 14, 22; *συνδειπνέω* 20, 3; *συνδιατίθεμαι* 25, 7; *συνεξακολουθέω* 7, 25; *συστρατεύομαι* 37, 21. Accedunt haec adiectiva: *ὁ αὐτός* c. dat. 2, 3; 16, 26; 42, 4; *ὅμοιος* 2, 4; 4, 10; 13, 19; 15, 18. 26; 16, 14; 17, 28; 18, 3; 27, 30; 41, 6 (de genetivo 15, 26 cf. p. 33); *ἐναντίος* 4, 13; *ἰσοδύναμος* 6, 13; *συγγενής* 15, 5 (cf. p. 33); *σύμφωνος* 27, 4; *συνδίαιτος* 14, 26; *ἐπ' ἴσης* 5, 12; 33, 17.

6. Nonnulla verba cum praepositionibus composita ponuntur cum dativo. *ἐγκυρέω* 36, 27; *ἐμβακχεύω* 17, 20; *ἐναπόκειμαι* 7, 2; *ἐνδιατρίβω* 37, 1; *ἐντυγχάνω* 28, 27; 30, 5; *ἐπανίσταμαι* 7, 26; *ἐπιφοιτάω* 20, 19 (coniungitur cum acc. 36, 26); *περιτυγχάνω* 26, 2; *προσανέχω* 19, 28; *προσάπτω* 9, 4; 22, 10; *προσανάπτω* 19, 10[1]); *προσαρτάομαι* 23, 14; *προσγράφω* 18, 8; *προσέρχομαι* 17, 24; 20, 10; *προσέχω (τὸν νοῦν)* 13, 14. — Accedit adiectivum *προσεχής* 21, 2.

7. Semper dativus exstat post has voces: *χράομαι* 14, 4; 19, 17; 38, 1; 41, 5; *συγχράομαι* 4, 22; *καταχράομαι* 2, 8; 3, 5; 14, 1; 15, 24; 20, 3; 28, 11; 31, 12; 33, 2; *δικάζω iudex alicuius sum* 6, 21; *ἔοικα* 20, 16; 27, 20;

---

1) Puech p. 29[4].

30, 18; *λοιδορέομαι* 27, 1; 30, 27 (*λοιδορέω τινά* 23, 7; 25, 5); *τυραννέω* 9, 10; *φθονέω* 1, 2.

8. Dativus instrumenti exstat 2, 19. 20; 3, 1. 2. 18. 20; 4, 27; 5, 6. 21; 7, 14. 21; 8, 3. 6. 19; 10, 22; 13, 10. 21; 15, 8; 16, 29; 17, 6. 19. 20; 18, 2. 4. 9. 10; 19, 11. 22; 20, 15; 21, 1. 5; 22, 9; 24, 24; 25, 13; 26, 5; 27, 17; 29, 30; 33, 14; 37, 3; *προφάσει* 3, 3; 24, 19; *ἥδομαι* c. dat. 8, 24; 9, 9; sed 2, 24 legimus *ἐν οἷς ἠρέσκετο* (de loco 10, 7 cf. p. 40 sq.).

ἐν c. dat. pro instrumentali iam apud Atticos[1]) reperitur interdum, multo saepius in *κοινῆς* velut NTi scriptis ita, ut in hodierno Graecorum sermone dativus instrumenti desit[2]). Tatianus ergo contra sui temporis usum hac in re Atticum sermonem imitatus est[3]), excepto loco 2, 24.

9. Idem fecit in usu dativi modi semel tantum obvii in NTo (Ph. 1, 18), ter autem apud Tatianum 18, 17; 20, 5 *τρόπῳ τῷ αὐτῷ;* 30, 3 *ὅτῳ τρόπῳ* (de accus. modi cf. p. 38).

10. Dativus locativus deest, temporalis[4]) autem exstat 23, 13 *μιᾷ νυκτί;* 42, 20 *γέγονε ἐνδεκάτῃ γενεᾷ μετὰ Ἴναχον.*

11. Dativus mensurae ponitur, ut significetur, quot annis ante vel post aliquam rem aliquid acciderit[5]). Legimus

38, 11 *πρὸ . . . τῆς . . . ἡγεμονίας ἔτεσι ἑβδομήκοντα.*

32, 10/11 *πρὸ τῶν ὀλυμπιάδων . . . αὐτὸν γεγονέναι . . . μετὰ τὴν . . . ἅλωσιν ἔτεσι τετρακοσίοις.*

42, 21 *πρὸ τῶν ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατόν.*

32, 8 *μετὰ τὴν . . ἀποικίαν ἔτεσιν ἑκατόν.*

32, 9 *ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι διακοσίοις* similiterque 32, 15; 43, 3.

1) Kühner II, 1, p. 464 sq. 2) Thumb, Handb. § 202; Kuhring, de praepos. Graec. in chartis Aegyptiis usu (Bonnae 1906) p. 33. 3) Thumb, gr. Spr. p. 125. 249. 4) Kühner II, 1, p. 446. 5) II, 1, p. 440 sq.

40, 6 *πρεσβύτερος . . . τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι τετρακοσίοις.*
42, 1 *μιᾷ τῶν Τρωϊκῶν προγενέστερος πέφηνε γενεᾷ.*
37, 24 *τῆς . . . ἁλώσεως πρεσβύτερος πάνυ πολλοῖς ἔτεσι.*
42, 8 *δυσὶ προάγων* (verbum habet comparativi notionem) *γενεαῖς τῶν Ἰλιακῶν.*

Restat 32, 5: *ἀποικίαν ἥ ἐστι μετὰ ἑκατὸν τεσσαράκοντα ἔτη τῶν Ἰλιακῶν*, quo cum loco comparari potest Xen. Hell. I, 1, 2: *μετ' ὀλίγον τούτων* = *ὀλίγῳ ὕστερον τούτων*[1]).

F. De accusativo. Supra iam dixi de accusativo coniuncto cum verbis *δουλεύω, προσκυνέω, ψεύδομαι, λοιδορέω, ἐπιφοιτάω* (cf. p. 34. 35. 36).

1. Enumero alia verba quae ponuntur cum accusativo. *ᾄδω (τί)* 34, 21; *αἰδέομαι (τί)* 36, 17; *αἰχμαλωτεύω (τινά)* 20, 15; *ἀσκέω (τί)* 20, 27; *βλάπτω (τινά)* 17, 27; 27, 10; *βλέπω (τινά)* 8, 12; *(τί)* 35, 22; *γελάω (τινά)* 3, 4; *(τί)* 4, 6; 35, 10; *διαγελάω (τινά)* 23, 12; *διαχράομαι* *interficio* 9, 20; *δυσχεραίνω (τί)* 37, 11 (sed *πρός τι* 28, 28); *ἐπιποθέω (τί)* 22, 14; *εὐεργετέω (τινά)* 10, 11; *ζηλέω (τινά)* 26, 24; *θεραπεύω (τινά)* 20, 10. 13; *καυχάομαι (τινά)* 18, 17; *κλαίω (τινά)* 9, 14; *κολακεύω (τινά)* 2, 26; 4, 18; *λανθάνω (τί)* 17, 23; *μνημονεύω (τί)* 35, 15; *μοιχεύω (τινά)* 36, 4; *περιμένω (τί)* 2, 1; *πολυπραγμονέω (τινά)* 26, 15; *ῥιναυλέω (τί)* 25, 8; *σεμνύνομαι (τί)* 2, 19; 11, 4; 12, 1; *τέθηπα (τινά)* 26, 13; *ὑπομένω (τί)* 12, 1; *φεύγω (τινά)* 29, 5; *χλευάζω (τί)* 24, 19.

Legimus 6, 28 *τὸ εἶναι πεπίστευκα* significans *me esse mihi persuasi*; *πιστεύω τινί* exstat 6, 25; 19, 27; 20, 8. 9; 41, 3.

2. Supra iam memoravi locum 26, 10 *κέχηνε . . . μέγα* *valde hiat* (cf. p. 28). Hoc loco ascribo 25, 9 *κινοῦνται . . . κινήσεις.*

---

1) Kühner II, 1, p. 391. Schmid III p. 287 hanc structuram imitari sermonem Latinum putat.

3. Persaepe legitur accusativus duplex: a) *ἀποκρύπτομαί τινά τι* 29, 4 [1]); *ἐκπαιδεύω τινά τι* 15, 17 (1, 10 *διδάσκω τινὰ ᾄδειν*). b) *ποιέω τινά τι* 5, 27; 6, 3; 7, 9; 13, 14; 21, 25; 36, 16; *ποιέομαι* 31, 2; 38, 3; *ἀναδείκνυμι* 7, 25; *ἀποδείκνυμι* 10, 1; 43, 3 (cf. 36, 9); *ἀποκαλέω* 1, 9; *ἀποφαίνομαι* 5, 10; 23, 21; 32, 19; *γινώσκω* 27, 26; *ἐπιγινώσκω* 28, 13; *θεωρέω* 11, 26; *κτάομαι* 23, 2; *λαμβάνω* 18, 26; 21, 16; *νομίζω* 6, 24; *οἶδα* 5, 24; *παραλαμβάνω* 5, 16; 31, 12; *παρίστημι* vel *παριστάω* 2, 16; 31, 4; 43, 14; *συνελέγχω* 21, 6; *φημί* 8, 22. Sed legimus *ἐκκηρύττω τινὰ ὥς τινα* 28, 30 (cf. p. 31) et similiter *παραβραβεύω* 41, 10, quo loco Eusebium sequor (codd. *παραπρεσβεύω*).

4. Accusativum limitationis rarius legimus: 17, 27 *τὶ βλάψωσι;* 17, 28 *φίλοι κακοὶ τὴν γνώμην ὑπάρχοντες;* 35, 1 *Ἀθηναίου τὸ γένος;* 38, 8 *τινὸς αὐτῶν ὄνομα Ναβουχοδονόσορ;* 43, 11 *παιδευθεὶς τὰ ὑμέτερα.*

5. Legimus accusativum modi *τὸν αὐτὸν τρόπον* 6, 28; 7, 9; 19, 29; similiter 24, 3; 37, 8 (de dativo modi cf. p. 36). Addo hanc structuram raro inveniri in papyris, quae *κατά, ἐξ, ἐν* praepositiones valde frequentant [2]). Sed Tatianus neque adhibet praepositionales dictiones pro casibus obliquis neque confundit accusativum cum genetivo aut dativo, quod magis magisque in *κοινῇ* dialecto observamus [3]). Ascribo e LXX: Deuter. 5, 21 *οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου.*

6. Accusativum absolutum, quam structuram in posteriore graecitate velut apud Polybium [4]) evanescere neque inveniri in NTo constat [5]), legimus his locis;

13, 7 *θάτερον . . . θατέρου ὂν διάφορον* *cum aliud ab alio differat.*

28, 17 *δέον σε λαλεῖν* *cum te loqui deceat.*

---

1) Kukula p. 8 sq. 2) Völker, papyr. Graec. syntaxis specimen (Bonnae 1900) p. 13. 3) Völker p. 5 sq. collegit multos locos e papyris. 4) Goetzeler, de Polybi elocutione (Wirceb. 1887) p. 28. 5) Blass p. 257.

Quam structuram atticistae[1]) denuo saepius adhibent. Huc addere liceat 2, 6 *τὸ πάντων ἀτοπώτατων quod omnium absurdissimum est*, et 16, 17; 41, 14 *τὸ δὲ νῦν συνέχον, quod autem maxime ad hanc rem pertinet*, quae dictio inde a Polybio *κοινῆς* scriptoribus usitata est.

De accusativo posito post adiectiva verbalia cf. cap. IX, I.

VIII. De praepositionibus.

In proximis stellula apposita in NTo eandem consuetudinem quam in Tatiano observari indicat. Usui mihi erant Blassii paginae 123 sqq. et Kühneri II, 1, 448 sqq.

A. 1. **ἀντί* c. gen. legitur duobus locis 10, 8; 15, 20 (»anstatt«). Non invenitur ad causam pertinens (= *διά τι*), quod legimus et apud Atticos[2]) et Polybium[3]), NTi scriptores, Diodorum, atticistas.

2. **πρό* c. gen. exstat 8[iens] semper ad tempus pertinens 6, 22 *(πρὸ τῆς τελευτῆς)*; 7, 11; 12, 25; 32, 1. 10; 38, 11; 41, 16; 42, 21.

3. **ἀπό* c. gen. pertinet a) ad locum 2,3 *(τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς)*; 7, 30; 8, 22; 17, 18; 18, 14. 21; 19, 23; 22, 16. 17; 25, 29; 27, 18; 29, 12; 37, 1; 40, 24; 41, 3 (15[iens]); — b) ad tempus 39, 18 *(ὁ .. ἀπ' Ἰνάχου χρόνος)*; — c) ad causam 7, 6 *(γεγονὼς ἀπὸ τοῦ πνεύματος)*; 8, 26; 9, 3. 11; 13, 16; 29, 29; 36, 4; 40, 13 (8[iens]); — d) ad instrumentum 5, 27 *(ἀπὸ μιᾶς δᾳδὸς ἀνάπτεται)*; bis 9, 1; bis 13, 31; 18, 28; 33, 29; 34, 1; 40, 7; 41, 1; 42, 3 (11[iens]); — e) ad

---

1) Schmid IV p. 80. Scholiastae structuram imitari sermonem Atticum dicunt. cf. III p. 78. 2) Schmid II p. 234 sq. 3) Krebs, Die Präpos. bei Polybius (Würzb. 1882) p. 33.

eum a quo aliquid accipitur (cf. παρά c. gen.) 1, 3 *(ἐπιτήδευμα ... ἀπὸ βαρβάρων ἐκτήσατο)*; 1, 19; 28, 28.

Eadem invenimus apud Polybium. Mentione dignum est 13, 31 ἀπὸ γλώττης dictum praepositionale obvium [1]) apud Philostratum, Herodotum, Arrianum [2]). Ceteroquin Tatianus evitat et dictiones praepositionales pro adverbiis positas quales sunt ἀπὸ σπουδῆς, ἀπὸ μέρους [3]) et confusionem praepositionum ἀπό et ὑπό quam saepius in NTo observamus.

4. ἐξ (ἐκ) c. gen. pertinet a) ad locum 6, 3; 22, 17; 39, 11 *(τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν)*; 40, 19; — b) ad originem sive auctorem 7, 7 *(γεγονὼς ... λόγος ἐκ λογικῆς δυνάμεως)*; 13, 20; 35, 5; — c) ad materiam 12, 23; 12, 27 *(ἔστιν ... ὁ οὐρανὸς ἐξ ὕλης)*; 12, 30; 13, 16.

Eadem invenimus apud Polybium. Tatianus uno loco 22, 17 usurpat eodem sensu ἀπό et ἐξ: *οἱ μὲν ἀπ' οὐρανοῦ κατεβλήθησαν* (cf. Iliad. T, 130), *οἱ δὲ ἀπὸ γῆς μὲν ἀλλ' οὐκ ἐκ ταύτης* (*ἐκ* del. Wilamowitz). Sed Tatianus non confundit ἐκ, ὑπό, παρά, quod invenimus apud Polybium et atticistas [4]), neque utitur dictionibus praepositionalibus ab aliis scriptoribus saepe usurpatis [5]) pro adverbio velut ἐξ ἀνάγκης *necessario*.

5. ἐν c. dat. 78^iens exstat. Ad tempus pertinet 5, 16; 6, 8 *(ἐν ἀρχῇ)*; 13, 27; 15, 18; 18, 17; 25, 12. Sed multo notabilius est nusquam exstare confusionem praepositionum εἰς et ἐν quae κοινῆς propria est [6]). Hac igitur in re atticismum agnoscimus.

De ἐν praepositione semel posita pro dativo instrumentali supra egi (p. 36). Restat, ut commemorem Kukulam [7]) bene explicasse verba tradita 10, 7: *οἱ ἐν τοῖς πεσσοῖς*

---

1) Schmid IV p. 444. 2) Grundmann p. 71. 3) Schmid II p. 235; Krebs p. 47. 4) Schmid IV p. 627. 5) I p. 398; II p. 238; III p. 283. 6) Thumb, gr. Spr. p. 125; Mommsen, Btr. zu der Lehre von den griech. Präpos. (Berlin 1895) p. 36. 7) p. 23.

ἀθύροντες, ut neque Wilamowitzium *ἐν* reicientem neque Maassium[1]) *ἄρχοντες* pro *ἀθύροντες* ponentem sequi necesse sit[2]).

6. **σύν* c. dat. invenitur 12iens, bis 5, 20; 7, 28; 14, 14; 24, 12; 27, 9; 32, 12; 34, 5; bis 34, 25; 35, 26. Legitur *συνάμα* c. dat. 18, 1. Item duodecim locis exstat *μετά* c. gen. Omittere licet quae hac de re disseruit Mommsen[3]) enumerans Tatiani singulos locos. Notabile est Tatianum satis crebro usurpasse *σύν* praepositionem qua rarius utebantur scriptores posterioris graecitatis[4]). Mentione denique dignus est locus 18, 12 *τῶν κατὰ τὸν Δημόκριτον ξυμπαθειῶν.* Sed *ξυμπάθεια* vox atticismus non est[5]), quia Tatianus usurpat Democriti dictionem, cuius in fragmentis[6]) saepius *ξυν* — invenitur, velut 32. 38. 54. 58. 76. 77. 95 al. Qua de causa codicem P *(συμπαθειῶν)* non sequimur.

7. **ἅμα* c. dat. bis exstat 18, 1; 22, 30; etiam apud Polybium legimus, semel in NTo (Mt. 13, 29). De *συνάμα* v. 6.

8. *εἰς* c. acc. exstat 27iens, plerumque pertinens ad locum (40, 19 *ἡ . . εἰς τὴν Κρήτην ἀνακομιδή*) aut ad id quod efficiendum est (39, 2 *ξύλων . . ὕλην εἰς τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν ἐδωρήσατο).* Notabiles sunt hi loci: 6, 19 *εἰς τὸ παντελὲς omnino,* qua dictione etiam Aristides[7]) atticista utitur; 20, 29 *εἰς οὐδὲν χρήσιμον inutiliter* (cf. *ἐπί* III c); 20, 7 *τὴν εἰς αὐτὸν κοινωνίαν* (pro *σύν* vel *μετά*). De confusione prapositionum *εἰς* et *ἐν* cf. p. 40.

9. *ὡς* c. acc. quae praepositio deest in NTo uno loco legitur 37, 1 *τὰς ἀφ' ὑμῶν ὡς αὐτοὺς ἀνακομισθείσας ἀνδριάντων ποικιλίας.* Multo saepius adhibetur a Polybio

---

1) »Tagesgötter« (Berlin 1902) p. 27 63. 2) Puech p. 119 sq.; 31. 3) Btr. p. 402. 548 sqq. 4) Schmid IV p. 625 sqq.; Krebs p. 34 sqq. 5) Thumb, gr. Spr. p. 56; Meisterhans p. 220; Moeris p. 200: *ξυμφώνως Ἀττικῶς, συμφώνως Ἑλληνικῶς καὶ κοινῶς.* 6) Diels, Die Fragmente der Vorsokratiker (Berlin 1903). 7) Schmid II p. 237.

atticistisque [1]). Illis temporibus usitatam fuisse comprobatur usu Graecorum hodierno [2]).

B. 1. *κατά* I. c. gen. pertinet a) ad eum in quem impetus fit 4, 21; 12, 2 (*ἕνα . . . κατὰ πάντων τὸν θάνατον*); 33, 24; 37, 13; — b) ad locum 27, 20 (*κατὰ βαράθρων πίπτετε*). — c) Simili modo quo in scriptis Atticis legitur pro *πάντως, ὅλως* vox *κατὰ παντός, καθ' ὅλου* exstat dictio *κατὰ κενοῦ* 5, 23 *frustra*.

II. c. acc. persaepe exstat (112^{iens}). a) 65^{iens} habet sententiam praepositionis *secundum* (etiam 23, 16 *φθονερὸς ὁ Ζεὺς καθ' ὑμᾶς*, ubi Harnack non recte vertit »neidisch .. auf euch« cf. 29, 29 *εὑρὼν . . παρὰ . . Ῥωμαίοις τὸν κατ' αὐτοὺς Λατιάριον Δία . . .*) Usitata est dictio: *καθ' εἱμαρμένην* 7, 21; 8, 7; 10, 9; 11, 25; bis 12, 9. Hoc loco enumero dictiones *κατ' ἀλήθειαν re vera* 4, 11; 28, 4; 36, 21; *κατὰ συγγνώμην indulgenter* 22, 9. — b) Pertinet ad locum (»durch — hin«) 4, 4 (*αἱ κατὰ τὴν Σικελίαν τοῦ πυρὸς ἀναφυσήσεις*); 28, 29. — c) Saepius pertinet ad tempus velut 39, 5. 8. 10. 13. 16. 23; 40, 5. 11. 13. 14. 15; al. Hoc loco addenda est dictio *κατ' ὀλίγον paulatim* 3, 16 qua etiam Aelianus utitur [3]); *κατὰ καιρούς* 27, 7 *variis temporibus*; *κατὰ χρόνον* 13, 13 *tempore procedente*. — d) Compluries exstat *κατά* c. acc. pro *παρά* c. dat.: *καθ' ἡμᾶς* 37, 7; 38, 9; 41, 11; et *καθ' ὑμᾶς* 28, 31. Simile legimus 36, 2; 41, 5 (cf. *παρά* II.). — e) *καθ' ἑαυτόν per se* vel similes dictiones exstant 14, 10. 16; 18, 28; 19, 3. — f) *κατά* legitur pro genetivo 36, 8: *ἡ κατὰ τὸν Ἀριστόδημον .. πλαστική*; 41, 11 *ἱστορίας τε τῆς κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους*. Imprimis circumscribitur genetivus hoc modo, si dependet ab altero genetivo, velut 41, 11. Quem usum invenimus saepius in posteriore graecitate [4]), non apud atticistas. — g) *κατά* con-

---

1) Schmid IV p. 631. 2) Thumb, Handb. § 202. 3) Schmid III p. 285. 4) IV p. 628, cf. indic. Galen. Inst. log. edid. Kalbfleisch (Lips. 1894); Kuhring p. 12.

funditur cum *περί* c. gen. 29, 11 *τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου*; 3, 26 *τῷ κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν λόγῳ*. — h) Restat 13, 11 *καθ' ἕκαστα singulatim*; 30, 3 *κατ' ἐμαυτὸν γενόμενος mecum reputans.*

2. *διά* I. cum genet. exstat 63[iens]. Pertinet a) saepe ad instrumentum velut 20, 11. 12. 20; — b) ad locum (»durch«) 5, 2. 10 *(πνεῦμα . . . τὸ διὰ τῆς ὕλης διῆκον)*; — c) ad tempus (»während«) 13, 25; 15, 24 *(διὰ τοῦ ζῆν)*; 15, 24 *(διὰ παντός perpetuo)*; — d) ad modum quo aliquid fit 15, 11 *διὰ τόλμης imprudenter*; 43, 4 *διὰ βραχέων breviter.*

II. c. acc. exstat 66[iens] causam significans ex qua aliquid fit. Tribus locis legitur pro *ὑπό* c. gen. 9, 5 *(διὰ τὸν Μελέαγρον . . . ἐστερῆσθαι)*; 9, 6. 15. Pertinet ad tempus (»während«) 11, 3 *δι' οἰνοχοΐαν.*

3. **μετά* I. c. gen. exstat 12[iens] (cf. *σύν*). Ad personas pertinet 8, 18; 9, 26; 14, 12; 21, 19; 34, 25; ad rem *μετὰ πάσης ἀκριβείας* 39, 25; 41, 15; 42, 15 et similiter bis 15, 22; 26, 26. De loco 12, 7 qui corruptus est[1]) nihil disseri potest.

II. c. acc. 26[iens] ad tempus pertinet (»nach«); uno loco 3, 5 *τὰ μετὰ σελήνην* idem quod *τὰ ὑπὸ σελήνῃ* significat.

4. *ὑπέρ* c. acc. ter legitur 22, 21 *τὰ ὑπὲρ τοῦτον (τὸν οὐρανόν)* et bis 37, 14 similia traduntur. Qui usus interdum quamquam raro exstat in scriptis Atticis, sed non invenitur in NTo. Tatianus non confundit *ὑπέρ* et *περί* c. gen. quod observatur apud Polybium[2]) atticistasque Aelianum et Philostratum[3]).

C. 1. *ἐπί* I. c. gen. legitur 17[iens]. Pertinet a) ad locum 9, 25. 29; 12, 28; 21, 22; 25, 10 *(ἐπὶ τῆς σκηνῆς)*; 35, 8. 11. — b) ad tempus (»zur Zeit von«) 32, 6; 40, 12. 15. 16; 42, 19; et 40, 3 quo loco codices Tatiani *ἐπι Φορωνέως* ponunt, Eusebius *ὑπὸ Φ.* Talibus in rebus dubium esse, utrum Tatiani an Eusebii codices rectum tradant, Puech[4])

---

1) Puech p. 122². 2) Krebs p. 41 sq. 3) Schmid III p. 290; IV p. 466. 4) p. 148².

docuit. Addo ὑπό praepositionem c. gen. hunc sensum *sub regno alicuius* habentem nusquam legi apud Tatianum; sed cf. infra p. 46, 5, I. — c) Pro adverbio legimus 24, 15 ἐπὶ ὑποθέσεως; 32, 18 ἐπὶ κεφαλαίων; 5, 12; 33, 17 ἐπ' ἴσης.

II. c. dat. exstat 9iens. Pertinet a) ad locum 9, 26 ἐπὶ τοῖς ὄρεσι (cf. ἐπί I); — b) ad id quod efficiendum est 2, 13; 3, 23; bis 3, 24; 3, 25; 14, 13 (ἀνίσταται .. ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ κόσμου); 25, 19; — c) Restat 28, 23 ἐπ' ἀκριβείᾳ »auf Grund genauer Untersuchung«. Usitatius est μετά c. gen. aut ἐπ' ἀκριβές.

III. c. acc. legitur 15iens. Pertinet a) ad id contra quod impetus fit 38, 8; 42, 3; — b) ad id quod efficiendum est (cf. ἐπί II) 4, 11; 8, 17; 13, 17; 25, 29; 26, 25. — c) Pro adverbio exstat οὐκ ἐπί τι χρήσιμον 6, 18; 36, 10 *inutiliter*; ἐπ' ἀκριβές 32, 17; 38, 19; 39, 7 quo loco traditur ab Eusebio ἀκριβεῖς, a codicibus MP αἱ ἐπ' ἀκριβεῖς; V αἱ ἐπακριβεῖς. Omisso αἱ articulo usum Tatiani sequens ἐπ' ἀκριβές pono, quod etiam Lucianus [1]) praebet. — d) Restant dictiones: 28, 12 τοὺς ... λόγους ἐπὶ τὰς γωνίας ἀποκρύπτετε; 18, 22 τὴν ὑμετέραν ἀλογιστίαν ἐπὶ τὸν κήρυκα ... μετάγετε; 20, 1 τῆς ἐφ' ἕτερον ἐπιπλοκῆς (= σύν).

Sine ulla differentia invenimus in NTo post ἐπί praepositionem genetivum, dativum, accusativum. Tatianus satis crebro adhibet praepositionem ἐπί rarius usurpatam a scriptoribus κοινῆς voculam εἰς praeferentibus quam ab Atticis [2]).

2. παρά I. c. gen. exstat 7iens (cf. ἀπό) semper ad eum pertinens a quo aliquid accipitur. λαμβάνω παρά τινος 20, 28; 31, 15; ἐκπαιδεύομαι 20, 25; μανθάνω 36, 25; 38, 13; γινώσκω 41, 5; similiter 33, 7 τὰ ... παρὰ θεοῦ (cf. παρά III).

II. c. dat. legitur 62iens pertinens semper ad locum vel hominem apud quem aliquid fit. Persaepe παρ' ἡμῖν vel ὑμῖν exstat pro ἡμέτερος, ὑμέτερος (cf. p. 25).

1) Schmid I p. 399. 2) IV p. 451[50].

III. c. acc. invenitur 9[iens]. a) Pertinet ad tempus (»während«) 15, 26. 28. Quem usum saepe in scriptis Atticis, raro apud Aristotelem, nusquam in NTo legimus [1]). Polybius [2]) multis locis similia usurpat. — b) *παρά* exstat pro genetivo comparationis 3, 6; 7, 24; adde 17, 8 *παρ' ἀγγέλους ἠλαττώθησαν* (»sie wurden unter die Engel erniedrigt«), quem locum Tatianus sumpsit e Psalm. 8, 6, et 28, 2 *θάνατόν τε παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐξαίρετον,* ubi voces *ἠλαττώθησαν* et *ἐξαίρετον* notionem comparativi continent. — c) *παρὰ φύσιν* 25, 6; *παρὰ λόγον* 28, 11. — d) Pro *κατά* c. acc. vel *ἐκ* legitur 18, 30 *παρὰ τὴν ποιὰν . . . σύνθεσιν γινώσκοντες.*

NTum ponit sine ulla differentia tres casus post *παρά* voculam, Polybius saepe usurpat *παρά* pro *ὑπό* c. gen. Ceteroquin Tatianus et Polybius eundem usum praebent.

3. *περί* I. c. gen. 31[iens] exstat et idem significat quod germanicae praepositiones »über, inbetreff« velut 3, 15; 4, 8 [3]).

II. c. dat., qui aliis quoque in scriptis perraro [4]) legitur non exstat nisi 13, 3 loco corrupto in parte codicum. *Κοινῆς* scriptores nisi in certis formulis non usurpant dativum [5]). Raro atticistae adhibent cum artificio quodam [6]).

III. c. acc. invenitur 20[iens]. Pertinet a) ad locum vel hominem circa quem aliquis est 9, 19; 32, 1. 3. 4. 8; 37, 21; — b) ad tempus *(circa)* 32, 15; 42, 7; 43, 1; bis 43, 2; 43, 6; — c) ad id in quo aliquis vel aliquid versatur 7, 18 *τὰ μὲν περὶ τοὺς ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον;* 10, 16 *πρὶν τούτους περὶ τὰς προειρημένας τάξεις γενέσθαι;* 29, 15 *τὸ περὶ τοιαύτην ἀσχολεῖσθαι ζήτησιν;* 32, 19 *τὰς περὶ τοὺς λόγους δόξας;* 33, 12 *τῆς ὑμετέρας περὶ τὴν ἀπιστίαν ἐπιμονῆς;* 34, 22 *περὶ τὰς ἠλακάτας;* 38, 22 *τὰ περὶ Χείραμον.* Quam structuram iam in Atticis [7])

---

1) Schmid III p. 286. 2) Krebs p. 51. 3) De *τούτου* voce Puech 111 [4]. 4) Grundmann p. 58. 5) Schmid III p. 287. 6) IV p. 624. 7) Iannaris § 1640; Kühner II, 1 p. 495; Helbing, Präpos. bei Herod. p. 122.

scriptis obviam Aristoteles [1]) saepius adhibet. — d) 4, 7 *τὴν περὶ τὸ δόγμα κληρονομίαν* videtur *περί* c. acc. exstare pro genetivo simplici.

4. *πρός* I. c. gen. uno loco legitur 10, 10 *πρὸς τοῦ θεοῦ* (»um Gottes willen«).

II. c. dat., quem casum Polybius interdum adhibet [2]), *πρός* non legitur.

III. c. acc. exstat 39^iens^. Semper pertinet tribus locis exceptis ad locum, personam (»nach, gegen«) vel ad id quod efficiendum est. 14, 15 pertinet ad tempus *πρὸς καιρόν* et bis 30, 6 coniungitur cum comparativo et *ὡς* vocula (*πρεσβυτέραις* vel *θειοτέραις ὡς πρός*).

5. **ὑπό* I. c. gen. legitur 40^iens^. Semper fere exstat post verba passiva aut talia quae vim passivi praebent velut post formas verbi *γεγονέναι* 5, 7; 6, 14; 22, 5. Duobus locis, quod etiam invenitur in scriptis Atticis, apud substantiva exstat: 11, 23 *ὑπὸ Ὀρέστου . . . τὴν ἀναίρεσιν*; 40, 18 *ἡ ὑπὸ Δαρδάνου . . . κτίσις*.

II. c. dat. non legitur. Iam antiquissimi scriptores hunc casum perraro ponunt [3]) atque ut *περί* c. dat. ita *ὑπό* c. dat. artificiose usurpatum apud atticistas [4]) invenimus.

III. c. acc. duobus locis invenitur: 8, 19 *ὑπὸ τὴν εἱμαρμένην πεπτώκασι sub fatum ceciderunt*; 34, 19 *τὰ ὑπ' ὄψιν ἐπιτηδεύματα quae ante oculos sunt.*

In rebus grammaticis pertractandis non singulos, sed omnes locos scriptoris afferre necessarium esse Tycho Mommsen [5]) monuit. Hoc tantum modo fieri potest, ut certissime concludamus quid Tatianus praetulerit aut evitaverit. Quod ad efficiendum duas tabellas suppono, quarum altera ordinata est e frequentiae, altera e casuum ratione.

1) Diels, Gött. gel. Anz. 1894 p. 307. 2) Krebs p. 114. 3) Schmid II p. 243. 4) IV p. 624. 5) »Beiträge zu der Lehre von den griechischen Präpositionen«, programmata Francofurtensia 1874. 1876. 1879.

Tabella I		Tabella II	c. gen.	c. dat.	c. acc.	summa
ὡς	1	ὡς	—	—	1	1
ἅμα	2	εἰς	—	—	27	27
ἀντί	2	ἅμα	—	2	—	2
ὑπέρ	3	σύν	—	12	—	12
πρό	8	ἐν	—	78	—	78
ἐξ	11	ἀντί	2	—	—	2
σύν	12	πρό	8	—	—	8
εἰς	27	ἐξ	11	—	—	11
ἀπό	38	ἀπό	38	—	—	38
μετά	39	διά	63	—	70	133
πρός	40	κατά	6	—	112	118
ἐπί	41	μετά	12	—	27	39
ὑπό	42	ὑπέρ	—	—	3	3
περί	52	ἐπί	17	9	15	41
ἐν	78	παρά	7	62	9	78
παρά	78	περί	31	1?	20	52
κατά	118	πρός	1	—	39	40
διά	133	ὑπό	40	—	2	42
	725		236	164	325	725

Quibus ex tabellis concludimus haec de Tatiani usu:

I. Praefert dictiones praepositionales (*παρ' ἡμῖν = ἡμέτερος* etc.), quod est proprium recentioris graecitatis [1]).

II. Praefert praepositiones *κατά* et *διά*. Etiam in hac re praebet eundem usum quem multi posterioris aetatis scriptores [2]), velut Polybius [3]), Philodemus, Diodorus, Sextus Empiricus, scriptores ecclesiastici.

III. Quamquam 164 locis exstat, dativus tamen occupat frequentiae gradum humiliorem. Nam omissis praeposi-

1) Thumb, gr. Spr. p. 128: »Die reiche Gestaltung des präpositionalen Ausdrucks ist ein Kennzeichen der spätgriechischen Sprache«; Helbing p. 7. 2) Mommsen, Btr. p. 38. 3) Krebs p. 4.

tionibus ἅμα, σύν, ἐν quae solo cum dativo coniunguntur casus tertius ponitur tantum post παρά et ἐπί, sed non sequitur voculas περί (13, 3 loc. corr.), πρός, ὑπό. Atque dativum in posterioris graecitatis scriptis rarius exstare constat[1]. Idem invenimus apud Polybium[2] et in NTo ita, ut desit dativus in hodierno Graecorum sermone[3].

IV. Genetivus, dativus, accusativus post praepositiones positi rationem habent inter se ut 1,44 : 1 : 2. Tatianus praefert accusativum eodem modo quo Polybius[4] (2,2 : 1 : 4,5) et scriptores rerum gestarum inde ab Herodoto usque ad Zosimum. Ex Helbingii[5] tabella Tatianum in casibus post praepositiones utendis eosdem fere numeros praebere quos Thucydidem (1,4 : 1 : 2,2) apertum est.

V. Deest Tatiano ἀνά praepositio[6].

VI. Sine ulla differentia adhibetur σύν et μετά c. gen.

VII. Diligenter discernitur usus praepositionum εἰς et ἐν (cf. p. 40) et evitatur confusio praeposionum ἀπό, ὑπό et ὑπέρ, περί quam illis temporibus saepe invenimus.

VIII. Denique confundit Tatianus contra legem Atticam nonnullas praepositiones. Sed perrara sunt, ut supra demonstravimus, exempla cuiusvis confusionis.

D. Restant nomina et adverbia quae cum casibus coniuncta pro praepositionibus usurpantur, ἅμα et ὡς voculis exceptis.

1. χάριν c. gen. exstat 15^{iens}. Postponitur post pronomen τούτου 2, 9; 34, 24; τίνος 4, 22; 20, 9; 36, 18. Anteponitur reliquis omnibus locis 5, 7; 6, 21; 7, 16;

---

1) Thumb, gr. Spr. p. 125. 249. 2) Krebs p. 6. 3) Thumb, Handb. § 40. 4) Krebs p. 7; Mommsen, Btr. p. 30. 5) p. 11. 6) Hoc loco pauca de ἀνά vocula addo. Falso dicit Norden (Kunstprosa II p. 489) sequens Schmidium IV p. 626: »ἀνά in distributivem Sinn ist der Κοινή unbekannt, von den Atticisten restituiert«. Nam hunc sensum habens ἀνά invenitur Mt. 20, 9; Mc. 6, 40; Pseudo-Call. II 37, multisque aliis locis quos collegit Helbing p. 153.

21, 10; 23, 9. 15; 24, 13; 26, 6. 7; 36, 7. Quo de usu disseruit subtiliter Krebs[1]). Polybius χάριν voculam usurpavit. τίνος χάριν dictione κοινῆς scriptores utebantur ad rhetoricas interrogationes inducendas, quod etiam in Tatiani oratione invenitur[2]). Ponitur χάριν et pro *gratia* et pro διά vocula c. acc. coniuncta sine ulla differentia. NTi[3]) usus memorabilis non est.

2. ἕνεκεν c. gen. exstat bis: 10, 21 τίνος ἕνεκεν; 38, 1 ἀποδείξεως ἕνεκεν. Formam ἕνεκεν Ionicae graecitati usitatam fuisse notum est[4]), quae reperitur in inscriptionibus[5]), papyris[4]), NTo[6]), apud Polybium[6]), Dionysium Halicarnassensem[6]), Iosephum[7]) atticistasque[8]), qui interdum ponunt ἕνεκα voculam[9]). Polybius[10]) nusquam utitur dictione τίνος ἕνεκεν. Omnes scriptores ἕνεκεν rarius adverbio χάριν adhibent[11]).

3. χωρίς c. gen. legitur 16, 9. 10; 22, 5. Quae vocula partim saepe, partim raro exstat in κοινῆς scriptis[12]). Tatianus voculam anteponit, atticistae postponunt[13]).

4. ἄχρι legitur semel modo 39, 18 ἄχρι . . . τῆς ἁλώσεως (de μέχρι voce cf. p. 52). Voculas ἄχρις et μέχρις apud Tatianum ponendas esse ante vocales, ut hiatus evitetur, constat[14]), atque falso lexicographi disseruerunt velut Phrynichus[15]) qui dicit: μέχρις καὶ ἄχρις σὺν τῷ σ ἀδόκιμα· μέχρι δὲ καὶ ἄχρι λέγε. Polybius[16]) raro voculam adhibet, saepius atticistae[17]) et NTum[18]).

---

1) »Die Präpositionsadverbien in der späteren historischen Gräcität« (München 1884. 85) II p. 25 sqq. 2) Krebs adv. II p. 27 sq. 3) Wilke-Grimm s. v. χάριν. 4) Thumb, gr. Spr. p. 71. 5) Schweizer, Gramm. der pergam. Inschr. (Berlin 1898) p. 36; Schmid II p. 104; Meisterhans p. 215 sqq. 6) Blass p. 22. 7) Krebs adv. I p. 8. 8) Schmid I p. 119. 263; II p. 104. 9) Schmid II p. 104. 10) Krebs adv. II p. 23. 11) Krebs adv. II p. 22. 12) Krebs adv. II p. 29. 13) Schmid I p. 419; II p. 64; IV p. 96. 14) Krebs adv. I p. 6 sq. 15) Rutherford p. 64; Moeris p. 26. 16) Krebs adv. II p. 3. 17) Schmid s. v. ἄχρι. 18) Wilke-Grimm s. v.

5. *μακράν* c. gen. legitur 13, 20; 29, 30. Alii scriptores addunt *ἀπό* voculam velut NTum[1]), alii neglegunt[2]) (28, 10 adverbium est).

6. *πόρρω* c. gen. exstat 16, 15 *πόρρω τῆς ἀνθρωπότητος* (33, 11 adverbii loco). Qui locus mentione est dignus, quod *πόρρω* voculam illis temporibus rarissime scriptores[3]) usurpant paucis exceptis velut atticistis[4]). Usus Tatiani fortasse atticismus est.

7. *ἔξω* vocula restat semel adhibita 2, 18 *ἀλαζονείας ἔξω*, quae non raro legitur in posterioris graecitatis scriptis[5]).

8. *ἐνδοτέρω* denique commemorandum est adverbium 32, 2 *ἐνδοτέρω τῶν ὀγδοήκοντα ἐτῶν*, perpaucis locis adhibitum ab atticistis[6]).

Supra iam dixi *ἅμα* c. dat. legi bis, *ὡς* c. acc. semel (cf. p. 41). Restat, ut addam nonnullas voculas ab aliis[5]) saepius praepositionis loco positas Tatianum usurpasse adverbialiter tantum, *ἄνω, κάτω, πλήν, πόρρω* (vide locos p. 28. 29). Itemque *πρίν* semper coniunctio est (vide locos cap. X, E, 8).

Priusquam concludam quae concludenda sunt, ex locis congestis tabellam suppono.

	summa	antepon.	postpon.	genet.	dativ.	accus.
χάριν	15	10	5	15		
ἕνεκεν	2	—	2	2		
χωρίς	3	3	—	3		
ἄχρι	1	1	—	1		
μακράν	2	2	—	2		
πόρρω	1	1	—	1		
ἔξω	1	—	1	1		
ἐνδοτέρω	1	1	—	1		
ἅμα	2	2	—	—	2	
ὡς	1	1	—	—		1
	29	21	8	26	2	1

1) Wilke-Grimm s. v. *μακράν*. 2) Krebs adv. II p. 38; Schmid II p. 127. 3) Krebs adv. II p. 34. 4) Schmid s. v. *πόρρω*. 5) Krebs adv. I p. 4; Schmid s. v. *ἔξω*. 6) Schmid II p. 218; III p. 238.

I. Numerus adverbiorum pro praepositionibus positorum exiguus est (29) neque congruit cum verbis quae dixit Krebs[1]) illa adverbia valde usitata esse scriptoribus posterioris graecitatis. Accedit, quod Tatianus multas voculas, quae saepius reperiuntur in scriptis illius temporis[1]) velut *πλησίον, ἄνευ, μεταξύ* omnino non usurpat.

II. *Κοινῆς* scriptores plerumque anteponunt adverbia praepositionum locum obtinentia, quo de usu disseruit Krebs[2]). Non postponuntur nisi ad hiatum evitandum. Sed Tatianus saepius illas voculas postponit, *χάριν* post pronomina *τούτου, τίνος* et *ἕνεκεν* et *ἔξω*. Sed dubium non est, quin talia explicanda sint e rhetorica ratione et apud Tatianum et apud alios[3]).

III. *ἅμα* vocula excepta et *ὡς* semper genetivus exstat, quod mentione dignum est, quia illis temporibus satis crebro dativus denuo usurpatur et reviviscit imprimis post adverbia praepositionalia[4]).

IV. In *ἕνεκεν*, non *ἕνεκα* vocula utenda Tatianus sequitur consuetudinem sui temporis, sed *πόρρω* adverbii fortasse atticismus est.

E. Sed haec quidem hactenus. Sequitur, ut breviter disseramus de praepositionibus cum infinitivo coniunctis[5]). Legimus:

1. *πρό* 12, 25 *πρὸ τοῦ λαβεῖν*; — 2. *ἐν* 32, 22 *ἐν τῷ γράφειν*; — 3. *εἰς* 25, 23 *εἰς τὸ φονευθῆναι*; — 4. *ἐπί* c. acc. 4, 11 *ἐπὶ τὸ ζητεῖν*; c. dat. bis 3, 24 *ἐπὶ τῷ κατηγορεῖν*; 3, 25; — 5. *περί* c. gen. 21, 26 *περὶ τοῦ πλουτεῖν*; — 6. *πρός* c. acc. 12, 13 *πρὸς τὸ ἀποθνήσκειν*; 13, 21; 15, 23; 19, 9. 13. 17; — 7. *διά* c. gen. 15, 24 *διὰ τοῦ ζῆν*; c. acc. 2, 26 *διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι*; 3, 12; 10, 26; 16, 2; 20, 4; 34, 4; — 8. *μετά* c. acc. 17, 13 *μετὰ τὸ ἀποθανεῖν*; 24, 21; 9. *χάριν* 26, 6 *χάριν τοῦ λαβεῖν*; 26, 7.

---

1) adv. I p. 5. 2) adv. I p. 18. 3) adv. I. p. 19 sq. 4) adv. I p. 29 sq. 5) Eiusmodi locos collegit Birklein p. 103 sqq.

I. De vocula χάριν (No. 9) addenda sunt verba Krebsii[1]), qui monet rarissime scriptores posterioris graecitatis post infinitivum cum articulo posuisse talia adverbia.

II. Antiquiores scriptores prosae orationis sententiis secundariis idem exprimere solebant quod κοινῆς scriptores praepositionibus cum infinitivo coniunctis[2]). Qui usus in Tatiani oratione exiguus est, si respicimus ad magnum numerum enuntiatorum secundariorum, quibus utitur. Tatianus praepositiones c. inf. coniunctas imprimis usurpat pro enuntiatis finalibus et causalibus. Polybius[3]) similia praebet.

III. Genetivus simplex cum articulo (τοῦ ποιεῖν) nusquam legitur in Tatiani sermone (cf. cap. XI, G, 5 de praepositionibus c. infinitivo coniunctis quas in papyris legimus).

F. Paucis verbis tractabo dictiones praepositionibus formatas quae exstant adverbiorum loco. Sunt duodecim loci: εἰς ὕστερον 14, 13; εἰςαῦθις 10, 5; 15, 21. 25; εἰςάπαξ 27, 7; ἐπίσης 5, 12; 33, 17; ἐπέκεινα 22, 26; μέχρι νῦν 3, 4; 35, 21; 36, 7; 42, 16.

μέχρι tantummodo cum νῦν coniunctum legitur (de ς finali cf. p. 49). Qua locutione Diodorus[4]) imprimis utebatur.

IX. De verbo.

A. De augmento. 1. In κοινῆς scriptis[5]) nusquam fere legitur augmentum syllaba formatum in formis plusquamperfecti activi. Tatianus autem dicit 21, 3 ἐδεδίει;

1) adv. I p. 18. 2) adv. I p. 49 sqq. 3) Stich, de Polyb. dic. genere (acta semin. Erlang. II) p. 161 sq. 4) Krebs adv. II p. 10. 5) Blass p. 39; Schmid II p. 21; III p. 13; IV p. 28.

35, 23 *ἐδεδίεσαν* (praeterea hoc tempus invenitur 19, 14 *κατεσκευάκει*). Sed hoc uno ex verbo nihil fere concludi potest, praesertim cum *δέδια* forma praesentis fere locum teneat.

2. Ante vocalem augmentum syllaba formatum legimus tantum in voce *ἑάλω* 39, 24; 40, 27.

3. *ἠ* augmentum pro *ἐ* nusquam legitur, nam 17, 3 *ἠθέλησεν* derivatur ab *ἐθέλω* voce 31, 1 obvia (*ἢν ἐθέλητε*). Nusquam invenimus formas Atticas[1]) *ἠβουλόμην, ἠδυνάμην*.

4. Pauca concludi possunt de usu augmenti temporalis in diphthongis a litteris *ε* vel *ο* incipientibus. Nam invenimus et *μετῳκίσθησαν* 22, 15 et *ἐξηυρημένον* 25, 8 (cod. V *ἐξευρημένον*) et *ἐξεῦρον* 1, 5. Augmentatae formae ab atticistis[2]) laudantur.

5. *αι* syllaba augmentata *ῃ* fit in verbis *παρῃτήσατο* 7, 29; *ᾐτιάσαντο* 22, 27; *παρῃτησάμην* 25, 2. Addo denique 18, 1 *καθείλκυσαν*; 15, 4 *ἐφείλκοντο*; 13, 24 *εἴασε*.

B. De reduplicatione nihil quod sit alicuius momenti dici potest.

C. De verbis exeuntibus in —*ω* et —*μι*. Nihil concludi potest de *σ* littera obvia in perfecto verbi *σῴζω*, quia tantum invenimus formas *ἔσωσεν* 14, 19; *σῶσαι* 18, 6; *ἐσώθη* 14, 19; nihil de futuro verborum in —*έω* vel —*άζω* exeuntium, quia uno tantum loco 19, 21 legimus *ἀπεργάσεται*; nihil de futuri forma *σχήσω*, quia 15, 19. 25 reperimus *ἕξω* formam; nihil denique de aoristo primo et secundo.

1. *ε* vocalis servatur in hac forma verborum purorum: 3, 13 *ἐπαινέσαιμι*. Sed *η* legitur 22, 14 *ἐπεπόθησεν*; 22, 18 *ἐπιποθήσαντες*.

2. Verborum exeuntium in —*ζω* nusquam tales formas legimus, quales affert Blass[3]) velut *ἐνύσταξα* pro *ἐνύστασα*.

---

1) Moeris p. 129 *ἤμελλον, ἠβουλόμην, ἠδυνάμην, ηὐξάμην διὰ τοῦ η Ἀττικῶς, διὰ δὲ τοῦ ε Ἑλληνικῶς.* 2) Phrynichus (Rutherford) p. 244: *ᾤδηκεν, ᾠκοδόμηκεν διὰ τοῦ ω ἄριστα ἐρεῖς, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦ οι, οἴδηκεν, οἰκοδόμηκεν.* 3) p. 41 sqq.

Verborum in —αίνω exeuntium forma 37, 11 δυσχεράνητε addenda est.

3. Novas praesentis formas adhibebant non raro NTi scriptores velut στήκω pro ἕστηκα[1]). Sequitur Tatianus κοινῆς usum quattuor locis, quibus non reperitur ἵστημι, sed ἱστάω[1]) forma obvia imprimis apud LXX. Legimus 2, 16 παριστῶντες; 20, 18 ἀποκαθιστᾶν; 20, 24 (indic. praes.) ἀποκαθιστῶσι; 34, 2 παριστᾶν. Praeterea legitur infinitivus δεικνύειν 22, 7. Sed multae formae servaverunt exitum verborum in —μι. ἵστημι exstat 43, 14, similiterque semper exeunt passivi formae 3, 23; 7, 26; 10, 24; 14, 13; 16, 9; 22, 22; 26, 29; 29, 28 eodem modo quo in NTo[2]). Praeterea legimus: δείκνυσι 34, 27; ἀπόλλυτε 35, 27; δείκνυται 8, 1; 10, 14; 28, 31; 35, 21; 40, 7; partic. δεικνύντων 17, 26; δεικνύμενος 3, 1; ἀπολλύμενος 18, 23; inf. ἀπόλλυσθαι 23, 17; ζευγνύναι 16, 5[3]).

4. Mentione dignae sunt hae formae: φανήσομαι 37, 23; φανοῦμαι 5, 10; 23, 21, quod futurum nusquam legitur in NTo[4]), atque futura perfecti τεθνήξομαι 4, 28; κεκτήσεται 23, 2. Illud futurum perfecti cum nusquam reperiatur in κοινῆς scriptis[4]) Tatianum sermonem Atticum imitari concludimus[5]). φανοῦμαι vox legitur apud Aristidem quoque atticistam[6]).

Nonnulla verba quae apud antiquos futurum mediale praebere solent activum habent in κοινῆς scriptis. Eundem usum invenimus apud Tatianum: ἀπολαύσετε 18, 20; κλαύσοντες 33, 14. Saepe illis temporibus medium et activum confundi docuit Schmid[7]). Sed legimus γνώσεται 22, 8; λήψομαι 31, 12.

1) Helbing, Gramm. p. 104; Blass p. 50. In NTo saepe ἱστάνω exstat. 2) Blass p. 50. 3) aliae formae verborum in —μι exeuntium leguntur 31, 14; 4, 5; 7, 25; 12, 16; 17, 16; 36, 9; 43, 3; 9, 22; 12, 14; 8, 5; 10, 1; 12, 17; 16, 4; 10, 12; 22, 29; 43, 4; 33, 29; 4, 29; 4, 2; 16, 11; 41, 14; 20, 6. 4) Blass p. 38. 5) de κεκτήσεται forma contra Schwartzium bene disseruit Puech p. 135[1]. 6) Schmid II p. 28. 7) III p. 71; IV p. 598 sq.

Hoc loco addo indicativum futuri exstare 46^{iens}, participium ter tantum 25, 26; 30, 20; 33, 14; infinitivum ἔσεσθαι 6, 16. 20.

5. Deponentia passivi leguntur 41, 7 ἐπειράθησαν (πειράσομαι 37, 11); imperat. πείσθητε 23, 22; 26, 16 (πεισθήσομαι 4, 28; 29, 8); 9, 3 βουληθέντες; 13, 23; 34, 1. 17 προὐθυμήθην.

Reliqui aoristi passivi a NTi[1]) scriptoribus usurpati pro aoristis medii in Tatiani sermone non leguntur, imprimis non invenimus formam ἐγενήθην pro ἐγενόμην, de qua dicit Phrynichus[2]): γενηθῆναι παρὰ Ἐπιχάρμῳ καὶ ἔστι Δώριον. ἀλλ' ὁ ἀττικίζων γενέσθαι λεγέτω. Tatianus usurpat semper ἐγενόμην vel formas derivatas a γεννάω: γεννηθείς 6, 8. 10; 42, 21; 43, 10; 6, 30 (cod. V γενηθείς).

6. Addo nonnulla ad singula verba.

a) Usitata est forma κέκραγα 18, 20; 26, 11. 26; sed in NTo semel modo κέκραγα Ioh. 1, 15 invenitur, reliquis locis κράζω forma Atticis aliena.

b) Sine ulla differentia leguntur verba βούλεσθαι et θέλειν. ἐθέλειν forma obvia 31, 1 non exstat in NTo[3]) atque Atticum sermonem imitari videtur.

c) ἀποπτάμενοι exstat 20, 22. 22, 13 quod traditum est ἔπτη v. Wilamowitz, ut hiatus evitaretur, recte in ἔπτηξεν mutasse videtur.

d) Tatianus utitur et ἀποθνῄσκω verbo (2, 21; 11, 8; 12, 13; al.) et θνῄσκω (4, 28; 14, 12. 15; al.). 11, 8; 19, 21 legimus participium τεθνεώς formam non obviam in NTo[4]), in quo tantum τεθνηκώς exstat.

7. Restant verba in —μι exeuntia, de quibus supra iam nonnulla adnotavi (cf. p. 54). Legimus

a) δύναμαι 14, 29; 19, 24; 32, 18; al.

b) πίμπραται 26, 11; ἐνεπλήσθημεν 30, 23; ὤνατο 9, 19.

---

1) Blass p. 46. 2) Rutherford p. 194. 3) Blass p. 24. 56. 4) Blass p. 52.

c) Verbi τίθημι et compositorum exstant formae 1, 1; 2, 24; 5, 14; 25, 7; 36, 25; 37, 10; 38, 7; 39, 10. μετατεθεικώς 11, 22 perfectum proprium κοινῆς scriptorum [1]) est.

d) Legitur δίδωσι 10, 25; 30, 14; δούς 39, 1; παραδούς 23, 14; 36, 6; 40, 2. NTi [2]) scriptores non usurpant activi formas verborum δίδωμι et τίθημι. Aliae δίδωμι verbi formae exstant 3, 17; 8, 3; 17, 5; 18, 18.

e) ἵστημι verbum invenimus 1, 14; 2, 14. 19; 7, 5; 17, 18; 19, 25; 30, 23; 31, 4; 35, 14. ἑστώς 27, 23. 24; ἑστῶτα 27, 27; ἀφεστῶτες 28, 10. Enumero hoc loco formas ἔβην aoristi 7, 18; 22, 14; 30, 5. 7; 40, 3; et ἔγνων 9, 19; 28, 13; 29, 17; 41, 6.

f) ἵημι verbum exstat 2, 12; 12, 8; 13, 26; 20, 30; 26, 19; 30, 12; 33, 9; 39, 25; 41, 8.

g) Non legitur οἴδαμεν forma recentior, sed semper ἴσμεν 5, 5. 24; 12, 18; 30, 19; 38, 10.

h) εἰμί verbum innumeris locis exstat. ὦ coniunct. 11, 31; 12, 21; 20, 4; 33, 9. 30; εἴην 16, 22; 19, 19. 23; ἔστω 33, 13; 37, 19; ἔσεσθαι 6, 16. 20; ἔσομαι 6, 30; ἔσται 17, 10. 23. Imperfecti persona prima legitur 6, 26 ἤμην. Quae forma sine dubio vulgaris [3]) est, sed fortasse illo loco ἤμην exstat, ut quam clarissime cognoscatur prima persona, praesertim cum reliquis omnibus locis Tatianus ἦν forma utatur.

i) εἶμι verbum alienum est a sermone cotidiano atque usurpatur tantum a Luca et illo ignoto scriptore qui ad Hebraeos epistulam scripsit, quos interdum verba sermoni Attico usitatiora adhibuisse notum est [4]). Tatianus autem saepe hoc verbo utitur: κάτεισι 25, 26; σύνιτε 25, 30; προΐασι 25, 29; ἀπίασι 18, 11; ἰέναι 20, 21; ἰών 3, 16; 18, 8; 19, 9; 33, 28.

---

1) Blass p. 52. 2) p. 51. 3) Schmid IV p. 599; cf. Phrynichus (Rutherford) p. 240 ἤμην εἰ καὶ εὑρίσκεται παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, οὐκ ἐρεῖς, ἀλλ' ἦν ἐγώ. 4) Blass p. 53.

k) φημί verbi formae φασί, φησί saepius exstant; φατέ 13, 15; 21, 8; ἔφασαν 32, 11. In NTo[1]) desunt formae φατέ, ἔφασαν. Nihil est addendum de κεῖμαι voce 31, 6; 33, 5.

D. Verba contracta. 1. —άω. a) χρῶμαι passivi formae non raro exstant: χρώμεθα 33, 2; χρᾶσθε 28, 11; χρῆσθαι 4, 22; χρώμενος 2, 8; 3, 5; 14, 1; 15, 24. Tatianus ergo utitur et forma antiqua χρῆσθαι et recentiore[2]) χρᾶσθαι. Praeterea leguntur hae formae: χρήσομαι 20, 3; 31, 12; 38, 1; ἐχρήσατο 9, 20; 19, 17; χρήσασθε (imper.) 14, 4; χρησάμενος 20, 6[3]).

b) ζάω verbi infinitivus est ζῆν 15, 24, non ζᾶν, quocum conferenda sunt verba Phrynichi[4]): πεινῆν, διψῆν λέγε, ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦ α. Imperfectum est 15, 26. 28 ἔζων; imperat. 12, 11 ζῆθι, qui rarissime legitur omnibus temporibus[5]). Praeterea ter ζῶν exstat 15, 15; 17, 13; 19, 18.

Nusquam legimus confusionem verborum exeuntium in —άω et —έω, in NTo[6]) interdum obviam, quam saepius invenimus in hodierno Graecorum sermone[7]).

2. —έω. Persaepe (156iens) leguntur verba in —έω exeuntia. Secundum legem antiquam non contrahuntur formae 20, 28 ἀποδέουσι; 27, 25 ἐμπλέοντες; 28, 17 δέον; 42, 16 ἐνδέον. Memoratione dignus est locus 26, 11, quo omnes codices tradunt formam non contractam φορέει. Quia talia etiam in NTo[8]) leguntur, dubium est, num forma mutanda sit.

3. —όω. Raro legimus verba in —όω exeuntia (15iens) ἀποπληροῖ 39, 18; δηλοῦται 38, 20; ἐλαττοῦται 6, 2; μεταμορφοῦνται 10, 27; βιοῦν 16, 2 (infinitivus in recentiore

1) Blass p. 52. 2) Winer-Schmiedel § 13, 24; Meisterhans p. 175. 3) Liceat hoc loco commemorare χρή formam semel modo obviam in NTo (Jc. 3, 10), quam legimus sexies apud Tatianum 1, 19; 16, 4; 22, 18; 38, 2; 39, 24; 41, 2. 4) Rutherford p. 132. 5) Kühner I, 2 p. 436; Meisterhans p. 175. 6) Blass p. 49; Hatzidakis p. 128; Winer-Schmiedel § 13, 26. 7) Thumb, Handb. § 186. 8) Blass p. 49; Thomas Magister p. 347 s. v. ἔρρει.

graecitate[1]) saepius in *—οῖν* exit); *μεταρσιοῦσθαι* 17, 21; participia (*—ούμενος*) 7, 15; 13, 2; 25, 20; 28, 11; 36, 20; *ἠξίωται* 11, 13; 29, 24; 36, 3; *ζηλῶν* 26, 24.

E. De terminationibus. 1. Iam in scriptis Atticis[2]) confunduntur exitus aoristi primi et secundi ita, ut legantur formae *εἶπα* et *εἶπον*. Quod imprimis recentioris graecitatis proprium est[3]). Sed Tatianus nusquam talia praebet. Neque *εἶπα* neque *εἶδα* legitur, sed *εἶδον* 24, 21; 25, 16 (*εἶπον* deest).

2. Nusquam exitus *—αν* exstat pro *—ασι* in perfecti formis (cf. 8, 2. 16. 19; 9, 14; al.).

3. Tatianus sequitur sui temporis usum in *—ωσαν* exitu imperativi adhibendo: *φιλοσοφείτωσαν* 3, 10; *παρασυρέτωσαν* 4, 12; *ἐχέτωσαν* 11, 5; *παραλαμβανέσθωσαν* 31, 9.

4. Eodem modo quo in NTo[4]) legimus apud Tatianum optativi exitum in *—ειε* omnibus fere locis: 24, 19; 25, 22; 29, 13; 33, 19. Semel autem optativus exit in *—αι* 4, 9: *τίς . . . ἂν ἐπιμαρτυρήσαι*.

5. Semper exit in *—ῃ* persona secunda sing. praes. pass. vel med. 20, 10. 14; 21, 17; 26, 26. 28; 28, 20. 21. Neque *βούλει* neque *βούλῃ* invenitur.

F. De modis. Indicativus legitur in omnibus enuntiatis secundariis paucis exceptis locis quibus coniunctivum vel optativum invenimus. In enuntiatis primariis deest coniunctivus prohibitivo excepto. Nusquam optativus exstat in sententiis finalibus, qua in re Tatianus sequitur sui temporis consuetudinem[5]), nam recentioris graecitatis scriptores optativum rarius adhibuisse notum est[4]). In sententiis secundariis optativum legimus apud Tatianum tantum 19, 23; 30, 28; 33, 13 in enuntiatis condicionalibus. Reliquis omnibus locis quibus optativus exstat, est optativus potentialis quem vocant 3, 4. 11. 12; 4, 9; 16, 9;

1) Blass p. 49; Hatzidakis p. 193. 2) Kühner I, 2 p. 104. 3) Blass p. 47. 4) p. 48. 5) p. 216; Reick, der Optat. bei Polyb. und Philo (Leipz. 1907) p. 1.

17, 13; 19, 18; bis 24, 5; 24, 19; 25, 21; 29, 13; 32, 9; 33, 19. Optativus potentialis *κοινῆς* vulgaris scriptoribus [1]) non usitatus est.

Per ellipsim deest verbum 19, 8: *πῶς δ' ἂν ἀγαθὸν μοιχείαις ὑπηρετεῖν;* 19, 10 *πῶς ὕλῃ καλὸν προσάπτειν τὴν . . . βοήθειαν;* 30, 27 *τί ἂν ἕτερον* (scil. *λέγοιμι* vel simile aliquid; praecedit *εἰρήσθω*) *ἢ τὸ μὴ . . . λοιδορεῖσθαι* (cf. 17, 29 *εἰ γὰρ δυνατὸν αὐτοῖς* (scil. *ἦν*), *πάντως ἂν καὶ τὸν οὐρανὸν καθείλκυσαν*).

Nusquam Tatianus utitur optativo ad optatum significandum. Praefert imperativum.

De indicativi usu tantum *ἐχρῆν* vox memoratione digna est: 2, 5; 4, 17; 25, 9; 29, 18; 36, 21 (germanice: »es wäre nötig gewesen«).

Coniunctivus post *μέχρις ἄν, ἐπειδάν, ὁπόταν, ὅταν, ὁσάκις ἄν, ἐάν* ponitur. Deest coniunctivus deliberativus [2]) neque legimus adhortativum. Saepius autem exstat prohibitivus: 1, 2 *μὴ . . . φιλέχθρως διατίθεσθε πρὸς τοὺς βαρβάρους . . . μηδὲ φθονήσητε τοῖς τούτων δόγμασιν.* 10, 26 *καταβάλλετε . . . τὸν λῆρον καὶ μὴ . . . παρανομήσητε.* Similiter 14, 3; 22, 3; 23, 23.

Nonnulla ad modos pertinentia vide in cap. X, quo agitur de secundariis enuntiatis.

G. De generibus verbi. 1. Activum. a) *χαίρω* legimus tantum 37, 5 in dictione *χαίρειν εἰπών, θαυμάζω* verbi activum 24, 21. 22. Confusio activi et medii recentiore in graecitate saepe obvia apud Tatianum non invenitur.

b) Activa primitus transitiva fiunt intransitiva velut *ἔχω* 12, 21 (*ἔχει . . οὕτω*); 19, 15; 38, 16; 40, 7; *συλλαμβάνω* *gravida fio* 35, 5; *τελευτάω* *morior* 3, 22; 12, 4; *διατρίβω* *versor* 9, 28; 42, 11; *προσέχω* *animadverto* 13, 14 (cf. 36, 15

---

1) Blass p. 38. 224. 2) de loco 30, 4 vide p. 66 [1]. Saepius pro hoc coniunctivo futurum legitur, cf. p. 63.

προσέχειν τοὺς ὀφθαλμούς). *συλλαμβάνω* verbi haec notio recentiorum tantum scriptorum propria esse videtur.

c) 27, 16 *λόγους ἀλλοτρίους θριαμβεύοντες* eodem modo quo in NTo[1]) transitive exstat.

d) Post verba transitiva interdum obiectum omittitur velut 1, 11 *πλάττω*; 9, 1 *σῴζω*; 8, 25 *θεραπεύω*; 18, 25 *ἐράω*.

e) *μοιχεύω*[2]) verbum 36, 4 transitive significat germa⸗nicum »verführen«, sed 8, 14; 25, 10 intransitive de viri adulterio usurpatur. *κυέω* 9, 11; 23, 21 *gravida sum*, sed transitive 35, 2. 6. 29.

f) Ratio reflexiva ubi urgetur, non medium ponitur, sed activum cum pronomine reflexivo velut 18, 30 *σφίσιν αὐτοῖς . . . δεδημιουργήκασι*; 25, 22. 23 *ἑαυτοὺς . . . πιπρά-σκουσιν· καὶ πωλεῖ μὲν ἑαυτόν*; similiterque 3, 20; 20, 10; 23, 14; 30, 21; 43, 14.

2. Passivum. a) Passivum vocis *βάλλω* legimus 6, 15; 12, 24; 22, 16 *κατεβλήθησαν*; sed eandem notionem habens *πίπτω* verbum 8, 19 *ὑπὸ τὴν εἱμαρμένην πεπτώκασιν*; 27, 20 *κατὰ βαράθρων πίπτετε*.

b) Passivum vocis *ψεύδομαι* exstat 17, 20: *ποικίλαις καὶ ἐψευσμέναις δραματουργίαις τὰς γνώμας . . . παρα-τρέπουσι*.

3. Medium. a) Permultis locis legimus deponentia *γίνο-μαι*; *βούλομαι*; *κτάομαι*; *κεῖμαι*; *χράομαι*; *δύναμαι*. Praeterea haec deponentia exstant: *ἀγωνίζομαι* 11, 29; 21, 17; *αἰδέο-μαι* 34, 24; 36, 10. 17; *αἰσθάνομαι* 19, 20; *αἰτιάομαι* 22, 27; *ἀκροάομαι* 25, 15; 33, 8; *ἀποπέτομαι* 20, 22; *ἀρ-νέομαι* 4, 27; *ἀσωτεύομαι* 2, 22; *ἀφικνέομαι* 4, 19; 23, 10; 41, 19; *βδελύττομαι* 36, 2. 24; *δέομαι* 26, 21; *δέχομαι* 3, 11; 11, 25; 23, 19; 30, 24; *δωρέομαι* 39, 3; *ἐγκρατεύομαι* 10, 1; *ἐξορχέομαι* 28, 25; *ἕπομαι* 14, 27; 16, 1; 26, 28; 33, 4; *ἐργάζομαι* 3, 21; 19, 21; 26, 18; *ἔρχομαι* 14, 24; 20, 10;

1) Blass p. 187. 2) de *μοιχεύω* voce fusius egit Wackernagel p. 7 sq.

ἡγέομαι 1, 15; 3, 27; 4, 18; 8, 6. 18; 34, 26; 35, 29; 38, 7; 39, 12; *ἥδομαι* 8, 24; 9, 9; *θεάομαι* 19, 6; *θοινάομαι* 35, 20; *ἰάομαι* 19, 29; 20, 2; *καυχάομαι* 18, 17; *λογίζομαι* 33, 30; *μαίνομαι* 21, 19; 26, 9; *μαντεύομαι* 14, 6; 21, 20. 21. 23. 26; *μάχομαι* 27, 5; 28, 21; *μιμέομαι* 8, 1; *ναυτίλλομαι* 9, 9; 11, 28; *οἴομαι* 17, 17; 27, 25; 42, 15; *οἴχομαι* 23, 14; *παραιτέομαι* 4, 10; 7, 29; 10, 10; 11, 27; 12, 11. 12. 17; 15, 6; 18, 4; 19, 30; 22, 4. 19; 25, 2; 33, 5; 36, 21; *πένομαι* 8, 9; *πραγματεύομαι* 16, 6; 20, 20. 23; 21, 5; 30, 2; 33, 19; 37, 13; 38, 19; *προθυμέομαι* 13, 23; 34, 1. 17; *σεμνύνομαι* 2, 19; 11, 4; 12, 1; *συστρατεύομαι* 37, 21; *φθέγγομαι* 2, 4; *ὠνέομαι* 25, 24; 26, 4. 7.

Sed Tatianus non supra modum deponentia usurpavit. Omnia quae enumeravi et prioris et recentioris graecitatis scriptoribus usitata erant.

b) Nusquam legimus activum, semper medium horum verborum: *παύομαι* 1, 8; 18, 19; 27, 15; *ψεύδομαι* 4, 6; 21, 22; 24, 23; 25, 2; 28, 31; 29, 4; 33, 11; *πολιτεύομαι* 13, 19; 15, 1; 26, 29; 34, 25; *πειράομαι* 29, 25; 33, 17; 37, 4. 11; Aor. *ἐπειράθησαν* 41, 7; *ἀποφαίνομαι* 3, 22; 5, 10; 23, 21; 32, 19; 41, 14; *ἀναφαίνομαι* 15, 7; *φαίνομαι* 37, 23; *λοιδορέομαι* 27, 1; 30, 27; *ἐφίεμαι* 2, 12; 12, 8; 13, 26.

c) *πείθομαι* *pareo* legimus 2, 28; 4, 28; 15, 4; 19, 13; 23, 22; al.

d) *ποιέομαι* saepe cum accusativo coniungitur pro verbo simplici 6, 11 *(κατάληψιν πεποιημένος)*; 9, 26; 14, 16; 16, 31; 22, 26; 30, 16; 37, 4; 39, 4; 42, 17; *ἀντιποιέομαι* *studeo* 37, 8.

e) Multae praeterea exstant formae mediales velut 1, 1; 2, 24; 3, 23; 4, 16; 5, 6; 6, 7; al. (3, 11 *ἐμαυτὸν ἐδιδαξάμην* Tatianus e Heraclito sumpsit).

f) Eodem modo quo apud Atticos legimus formam medialem pro activa *ἐπιδείκνυμαι* 3, 1 *(demonstro)*; *προ-*

βάλλομαι 1, 17; 6, 6 *(prae me fero)*; *διαιτάομαι* 14, 21 *(vivo)*; *διαπράττομαι* 15, 27 *(efficio)*; *προκαλέομαι* 25, 18.

H. De temporibus. 1. Praesens. a) Interdum[1]) significat actionem nondum perfectam. Apud Tatianum unum eiusmodi locum inveni 26, 27 *λοιδορεῖς incipis maledicere.*

b) Praesens historicum, ut oratio vehementior fiat, legitur 8, 1 *ἀποδείκνυται*; 23, 10 *ἀφικνεῖται*; 34, 21 *ᾄδει*; 42, 22 *νομοθετεῖ.* Similiter exstat participium praesentis 33, 16 *ἀποτέμνοντα*; 25, 18 *παρακαλουμένων*; 35, 5 *συλλαμβάνουσαν.*

c) *ἥκω* verbi notio perfecti non invenitur. Legimus tantum 5, 2. 10 *διὰ τῆς ὕλης διῆκον*; 31, 4 *προσήκει decet.* Similiter uno loco, quo exstat *ἀκούω*, habet notionem praesentis 6, 4.

2. Imperfectum. a) Persaepe significat actionem iterum et saepius factam velut 2, 24. 28; 4, 6; 6, 23. 26; 7, 23; 9, 1. 2. 19. 26; al.

b) De notione imperfecti verborum *κελεύω, ἀξιόω, ἐρωτάω* nihil dici potest[2]).

c) *ὑπάρχω* verbi tantum imperfectum, nusquam aoristum legimus (cf. 6, 27; 12, 20; 21, 21; al.).

d) Confunditur semel imperfectum et aoristus 2, 23 *ἐπιπράσκετο.*

3. Aoristus. Deest ingressivus. — Accurate distinguit imperativum aoristi et praesentis 18, 20 *διόπερ, ὦ Ἕλληνες, κεκραγότος ὥσπερ ἀπὸ τοῦ μετεώρου κατακούσατέ μου μηδ' ἐπιτωθάζοντες τὴν ὑμετέραν ἀλογιστίαν ἐπὶ τὸν κήρυκα τῆς ἀληθείας μετάγετε.*

4. Perfectum. a) Praesentis fere sensum habet nonnullis locis velut 2, 7 *τὰς μὴ συγγενεῖς ὑμῶν ἑρμηνείας τετιμήκατε*; 4, 12 *μὴ παρασυρέτωσαν ὑμᾶς αἱ τῶν φιλοσόφων . . . πανηγύρεις, οἵτινες ἐναντία ἑαυτοῖς δογματίζουσιν, κατὰ*

---

1) Blass p. 191. 2) p. 194.

δὲ τὸ ἐπελθὸν ἕκαστος ἐκπεφώνηκε. Similiter 6, 7; 11, 2; 18, 20. 24; 19, 11; 25, 5; 26, 10. 11. 26; 27, 19; 35, 8. 16; 36, 14. Iam Attici ponebant pro praesente perfectum verborum motum animi significantium velut 4, 23; 18, 11; 21, 8; 26, 13; 27, 11; 28, 24. 27.

b) Perfectum et aoristum ter (3, 28 γεγονότων; 11, 2 κέκληται; 28, 26 τετιμωρήκατε) confundi dicit Puech[1]). Quam confusionem recentioris graecitatis scriptorum propriam esse notum est[2]).

5. Plusquamperfectum cf. p. 52 sq.

6. Futurum cf. p. 53 sq. Addo saepius futurum exstare pro coniunctivo deliberativo 5, 9. 10; 11, 25; 19, 21. 22; 29, 8 (cf. p. 59[2]).

I. De adiectivis verbalibus. Legitur 3, 25 τὸν Ζήνωνα . . . παραιτητέον. Similiter exstant cum accusativo coniuncta illa adiectiva 4, 25. 26; 5, 12. 13; 8, 20 (τιμητέον, φοβητέον, δωροδοκητέον). Semper verbum εἶναι per ellipsim deest. Praeterea adiectivorum verbalium in —τέος exeuntium exstant hae formae: 5, 14 ὁ . . . ἀνενδεὴς . . . διαβλητέος; 41, 15 σπευστέον . . . σαφηνίζειν; 16, 17 ῥητέον, ποταπή τίς ἐστι. Quae adiectiva in NTo[3]) perrara sunt. Enumero reliqua adiectiva verbalia: δυνατός 13, 12; 17, 8. 29; al.; θαυμαστός 25, 7; 26, 18; 31, 14; 35, 21. 29; φευκτός 29, 21; παραδεκτόν 31, 13.

K. De infinitivo alio loco agam (cf. cap. XI).

L. De participio. 1. Eodem modo quo in NTo[4]), etiam apud Tatianum legimus εἰμί verbum coniunctum cum participio verbi finiti pro verbo finito simplici. Praeter dictionem obviam etiam apud Atticos[5]): μέλον μοί ἐστι = μέλει μοι 3, 15; 6, 24; 35, 23 legimus tantum 8, 8 εἰσὶν γεγονότες = γεγόνασι. Dubium est, num Blass[6]) recte putaverit talia sermonem Iudaeorum reddere in NTo

---

1) p. 32. 2) Blass p. 204. 3) Blass p. 38. 4) Blass p. 209. 5) Schmid III p. 114. 6) p. 208.

neque similia legi in aliis κοινῆς scriptis, quoniam hic usus omnibus temporibus [1]), imprimis autem totius posterioris graecitatis in scriptis adhibetur atque invenitur in iis scriptis quae omnino non reddunt sermonem Iudaeorum, velut apud Pseudo=Callisthenem I 3 ἦν .... ἡ Αἴγυπτος ... πορθηθεῖσα; I 46 ἦν ὁ Ἀλέξανδρος ἐφεστώς.

2. Participium futuri imprimis apud Lucam [2]) obvium ter legitur 25, 26: ὁ βοηθήσων οὐ κάτεισιν *(qui adiuvare velit)*; 33, 14 γελᾶτε .. ὑμεῖς ὡς καὶ κλαύσοντες *(ridete ut et ploraturi)*; 30, 20 πάλιν ... λυθησομένου. Participium fut. pass. semel tantum in NTo legitur H 3, 5.

3. πᾶς cum articulo et participio coniungitur 12, 28; 18, 5; 19, 15; 22, 19; 33, 4; 17, 8; 30, 24; 33, 8; 33, 27 πάντες οἱ βουλόμενοι; (23, 3 exstat παντὶ γυμνητεύοντι). Talia et apud Atticos [3]) et NTi [4]) scriptores inveniuntur.

4. Particulam ἅτε participio praemissam legimus semel 30, 19 ἅτε ... τούτου κρατυνθέντος. ἅτε deest in NTo.

5. Participium interdum habet vim substantivi. Con=iungitur c. genet. ὁ ἐρώμενος 8, 23; 27, 14 (cf. 9, 23) et ἡ ἐρωμένη 8, 26. Talia iam apud Atticos scriptores in=venimus [5]) et apud atticistas [6]). Ad abstractum significan=dum participia neutrius generis cum articulo ponuntur his locis: τὸ μέλλον 7, 20; 27, 23 *res futurae*; τὸ κατεπεῖγον 37, 10 (»die Dringlichkeit«); τὸ διαπεπηγός 22, 29 (»die Eis=starre«); τὸ συνταιττόμενον 18, 29 (»der Gedanke«); τὸ ὁρώμενον 33, 28 (»die Erscheinung«); τὸ ἐρρωμένον 33, 29 (»die Stärke«). Imprimis Thucydides et Antipho hunc usum praebent [7]) quos inter scriptores saepius similitudines inter=cedere constat (cf. p. 19).

1) de usu Attico cf. Kühner II, 1 p. 38 adn. 3. 2) Blass p. 38: 207. 3) Krüger, Sprachlehre [6] (Leipzig 1875) § 50, 4, 1, 11; 19, 11. 4) Blass p. 249. 5) Kühner II, 1 p. 266 sqq. 6) Schmid III p. 278. 7) Both, de Antiphontis et Thucydidis genere dicendi (Marb. 1875) p. 36 sq.

6. Tatianus verba videndi similisque notionis semper coniungit cum participio. Exempla affero: ὁράω 12, 22; 25, 16; οἶδα 30, 19; 38, 10; ἀποδείκνυμι 40, 7; 43, 3; εὑρίσκω 29, 28; γινώσκω 27, 26; θεάομαι 19, 6.

Semel ἄρχομαι verbum 37, 9 coniungitur cum infinitivo γράφειν. Etiam in NTo [1]) semper hunc usum invenimus.

7. Semper participium legimus coniunctum cum verbis παύομαι 1, 9; 27, 15; αἰδέομαι 34, 26; 36, 10. Talia semel tantum in NTo [2]) legimus. Addo hoc loco 40, 5 εἰ . . . πέφηνε . . . γεγονώς.

8. Ex usu recentioris graecitatis Tatianus infinitivo utebatur pro participio 14, 3: μὴ ἀναξιοπαθήσητε . . παιδεύεσθαι [3]) (cf. p. 78).

9. Restat, ut agam de genetivo absoluto. Innumeros locos quibus exstat enumerare nequeo. In hac re differentia quaedam observatur inter κοινῆς veluti NTi scriptores et Tatianum. De NTi usu Blass [4]) recte dicit: »Der Gebrauch des Gen. absol. ist nun in der regelmäßigen »klassischen Sprache auf den Fall beschränkt, wo das »Nomen oder Pronomen, auf welches sich das Ptc. bezieht, im Satze weder als Subjekt noch in einer andern »Funktion vorkommt; andernfalls hat das Ptc. coniunctum »zu stehen. Die ntlichen Schriftsteller dagegen . . . nehmen »die absolute Konstruktion in zahlreichen Beispielen, und »auch da, wo der Klassiker sie nicht einmal als Licenz »zugelassen hätte.«

Sed Tatianus duobus locis exceptis antiquam normam sequitur. Quod artificiose fieri cognoscimus ex illis duobus locis quibus non evitavit sui temporis sermonem. Nam legimus 17, 25: βλέπονται δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ψυχικῶν οἱ δαίμονες, ἔσθ' ὅτε τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτοὺς ἐκείνων δεικνύντων. Quia Tatianus hoc loco praebet illam structuram

---

1) Blass p. 250. 2) Act. 16, 34; Blass p. 250. 3) Quod iam monuit Schwartz (ind. p. 64 s. v. ἀναξιοπαθέω). 4) p. 256.

κοινῆς propriam, puto lectionem codicum servandam esse altero loco 29, 25: *παιδεραστία* . . *προνομίας* . . . . *ὑπὸ Ῥωμαίων ἠξίωται, παίδων ἀγέλας ὥσπερ ἵππων φορβάδων συναγείρειν αὐτῶν* (*αὑτοῖς* coniecit v. Wilamowitz) *πειρωμένων*.

X. De enuntiatis secundariis.

A. De enuntiatis interrogativis indirectis. Singulos locos enumero: 2, 5; 6, 26; 8, 16; 9, 20; 16, 17; 19, 1; 24, 22; 25, 9; bis 27, 19; 30, 3; 37, 8; 38, 21; 41, 13; 43, 13.

De usu negationum nihil concludi potest. Tatianus semper utitur indicativo [1]) secutus fortasse supra modum usum antiquum, e quo saepe, non semper modus interrogationis directae asservatur [2]). Accedit quod NTi scriptores saepius quam Attici adhibent coniunctivum [3]).

De voculis interrogationem secundariam instituentibus pauca addo:

1. *τίς* legitur 8^{iens} et *πόσος* 41, 13, non *ὅστις* aut *ὁπόσος* [4]).

2. *ὅς* 37, 8 habet notionem voculae interrogativae *ὅστις* similem [5]).

3. *πῶς* 9, 20; 24, 22 ponitur pro *ὅπως* (19, 1; 25, 9). Qui usus nonnumquam obvius iam apud Atticos scriptores frequentior est apud recentioris graecitatis scriptores.

1) *δύνωμαι* 30, 4 reicio quod laudant Stephanus, Schwartz, Haupt (opusc. III p. 447). Nam deest omnino apud Tatianum coniunctivus deliberativus (cf. p. 59), qui futuro interdum circumscribitur (cf. p. 63). *ἐξευρεῖν δύναμαι* exstat pro *ἐξευρῶ*. Kühner II, 1 p. 223. 2) II, 2 p. 537. 3) Blass p. 215. 225. 4) Kühner II, 2 p. 516. 5) II, 2 p. 438.

B. De enuntiatis finalibus[1]). Tatianus adhibet particulam ἵνα 2, 16; 7, 9; 9, 28; 12, 21. 24; 17, 26; 41, 7; 42, 16; et μή negatione negatam 3, 3; 4, 28; 9, 4; 34, 18 (12iens). Legitur ὅπως vocula 3, 14; 7, 15; 17, 21; 41, 8; quae negatur 20, 30. Semper exstat μή negatio et coniunctivus, nusquam optativus.

1. Uno loco 41, 8 ὅπως legitur variandi causa, quia antecedit ἵνα 41, 7. Inde ab Herodoto ἵνα particulam saepius quam ὅπως usurpari scimus[2]) veluti ab oratoribus Atticis[3]), Polybio[4]), NTi scriptoribus[5]). Xenophon[6]) contrarium usum praebet.

2. In utendo coniunctivo Tatianus sequitur consuetudinem sui temporis scriptorum qui per notissimam incuriam, ubi de rebus praeteritis agitur, etiam tum coniunctivum usurpant, ubi Graeci elegantiores optativo uti solebant. Qui usus etiam apud Herodotum, Thucydidem, alios scriptores antiquos obvius[7]) inde ab Aristotele et Theophrasto[8]) magis magisque in posterioris graecitatis scriptis invenitur[9]).

3. Nusquam autem legimus apud Tatianum indicativum post μή particulam finalem, quem saepius apud Polybium invenimus[10]), nusquam post ἵνα voculam velut in NTo[11]), nusquam confunduntur ἵνα et ὥστε[12]). Denique non leguntur enuntiata finalia pro imperativis[13]) aut pro constructione infinitivo formata, quem usum et apud Polybium[14]) et in NTo[15]) legimus aliisque illius temporis

---

1) Diel, de enuntiatis finalibus apud Graecorum rerum scriptores posterioris aetatis, Muenchen 1895. 2) Weber, Entwicklungsgeschichte der Absichtssätze (Würzburg 1884/85) II, 1. 3) Weber II p. 44 sq. 4) Kälker p. 291. 5) Wilke-Grimm s. v. ἵνα, ὅπως. 6) Weber II p. 75. 89. 7) Weber II p. 103. 8) Mueller, de Theophrasti dicendi ratione (Arnstadt. 1875) p. 52; Schmid IV p. 88. 9) Schmid III p. 83; Diel p. 20 sq. 10) Stich p. 193. 11) Blass p. 216. 12) Blass p. 229. 13) Blass p. 214. 14) Kälker p. 290. 15) Blass p. 215. 227.

scriptis [1]). Nusquam in his quidem rebus Tatiani dictio contraria est legi Atticae.

C. De enuntiatis causalibus. Tatianus usurpat particulas ὅτι, διότι, ἐπεί. Legitur ὅτι 4, 5; 9, 18; 11, 17; 31, 13; 35, 6. 11. 24. Negatur οὐ vocula 9, 19; διότι exstat bis 21, 5; 26, 2; negatur 26, 2 μή vocula (cf. p. 83). ἐπεί exstat bis 6, 25; 19, 15. Semper legitur indicativus. 26, 2 negationem μή, non οὐ legi mirandum non est, quia ille locus habet sensum condicionalem: ὁ ... τῷ φόνῳ μὴ περιτυχὼν λυπεῖται, διότι μὴ κατεκρίϑη; adde quod evitatur hiatus. In Tatiani libro desunt ἐπειδή, ἐπειδήπερ, καϑότι particulae obviae nonnumquam in NTo. διότι rarius apud Atticos [2]) adhibetur, crebro apud Polybium [3]). Plerumque usurpatur ad hiatum evitandum velut ab Isocrate [4]), Dionysio [5]), aliisque scriptoribus [5]). Atque eadem de causa Tatianus utitur διότι vocula. Nam hiatus [6]) evitatur illis duobus locis: 21, 5 πραγματεύεσϑαι διότι et 26, 2 λυπεῖται διότι.

D. De enuntiatis relativis. Harum sententiarum permagnum numerum enumerare nequeo. Pauca adnoto.

1. Formae pronominis ὅσος [7]) leguntur 23, 2 τὰ ὅσα μὴ ἐγίνωσκον αἱ .. ψυχαὶ, προὔλεγον; 41, 5 τὰ ὅσα ἔγνωσαν, παραχαράττειν ἐπειράϑησαν; 41, 8 τὰ ὅσα μὴ συνίεσαν .... παρακαλύπτοντες. Praeterea 29, 19 ὅσα γένη πόλεων, τοσαῦται καὶ τῶν νόμων ϑέσεις. Alio loco agam de negatione (cf. p. 82). De articulo vide supra p. 19.

2. Saepius particula relativa adhibetur, ut duo enuntiata artius connectantur, velut 3, 26 ὅστις; 37, 8 ἥτις; 38, 9 ἅτινα.

---

1) Diel p. 44 sq. 2) Schmid I p. 52. 3) Lüttge, de Polybii elocutione p. 10 (Nordhausen 1863). 4) Schwabe, de dicendi genere Isocrateo (Hal. Sax. 1883) p. 21. 5) Schmid I p. 52. 260; II p. 95; IV p. 154. 6) Schwartz, praef. p. VI dicit: »lex, quam severissime sibi ipse scriptor imposuit ut hiatum evitaret.« 7) de usu Attico simili Kühner II, 1 p. 583.

3. Nonnullis locis exstat attractio pronominis, semper post praepositionem uno loco excepto. Legimus 2, 5 *στάσεως δὲ οὔσης τοσαύτης παρ' οἷς οὐκ ἐχρῆν = παρὰ τούτοις, παρ' οἷς.* Dubium est num sequi necessarium sit Wilamowitzium scribentem *τοσαύτης παρ' ὑμῖν ἐν οἷς οὐκ ἐχρῆν.* Praeterea exstat 2, 24 *ἐν οἷς (= ἐν τούτοις, οἷς) ἠρέσκετο.*

14, 24 *πρὸς ἅπερ (= πρὸς ταῦτα, πρὸς ἅπερ) ὁδηγεῖ.*

28, 21 *διδαγμάτων* (hoc Schwartz bene coniecit pro *δογμάτων*) *ὧν (= ἃ) θέλω.*

39, 11 *εἰς ἅπερ (= εἰς ταῦτα, εἰς ἅπερ) ἤθελον.*

Quae attractio pronominis relativi non Atticorum scriptorum propria est, sed invenitur omnibus temporibus atque exempla praebent papyri [1]) et NTum [2]).

4. Nusquam in Tatiani oratione pronomen personale supervacaneum post relativum pronomen positum est, quem usum saepe legimus in NTo [2]) fortasse secundum Iudaeorum sermonem velut Mc. 7, 25 *γυνή, ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς πνεῦμα ἀκάθαρτον.*

5. In omnibus sententiis relativis legitur indicativus, uno loco excepto 32, 9, quo exstat optativus potentialis. Tatianum persaepe pro talibus enuntiatis adhibere participia mihi amplius non est disserendum.

6. *ὅσος* legitur quater 23, 2; 29, 19; 41, 5. 8; *ὁποῖος* 24, 2; *οἷος* 24, 4; *ὅθεν* 5, 27. Innumeris locis legimus voculam *ὅς, ἥ, ὅ.* Usitata quoque sunt pronomina *ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ* (4, 5; 8, 16 [*P ὧνπερ*]; 14, 24; 15, 17. 27; 16, 4; 18, 19; 19, 5. 14; 22, 12; 24, 8. 23; 25, 12; 30, 14. 15; 35, 28; 39, 11) et *ὅστις, ἥτις, ὅτι* (1, 18; 2, 26; 3, 26; 4, 13. 26; 22, 30; 35, 9; 36, 3; 37, 8; 38, 9. 22; 41, 19; 43, 12. *ὅς* et *ὅστις* sine differentia positas voculas imprimis in posterioris graecitatis scriptis [3]) inveniri notum est. Addo

---

1) Schmid III p. 67 sq. 2) Blass p. 178. 3) Blass p. 176; Iannaris § 1219.

denique NTum semel (Mc. 15, 6) et nonnullis tantum codicibus praebere ὥσπερ pronomen.

E. De enuntiatis temporalibus. Singulos locos enumero.

1. 4, 18 ἐχρῆν . . . περιμένειν, μέχρις ἂν . . . ἀφίκωνται.
13, 24 ἐντρυφᾶν αὐτοὺς εἴασε, μέχρις ἂν ὁ κόσμος ἀναλυθῇ.
22, 25 μέχρις ἦν δυνατὸν ἀνθρώπῳ, . . . ἀναγραφὴν ἐποιήσαντο.
27, 27 οὐ γινώσκετε . . . ἑστῶτα τὸν αἰῶνα, μέχρις ἂν αὐτὸν ὁ ποιήσας εἶναι θελήσῃ.

Tatianus μέχρις scripsit ad hiatum evitandum (cf. p. 49 ἄχρι). Quam particulam temporalem rarissime invenimus apud Herodotum[1]), Thucydidem[2]), Platonem[3]), qui scriptores plerumque μέχρις οὗ praebent. Saepius Xenophon[4]) usurpat μέχρις voculam simplicem. Et Polybius[5]) μέχρι non raro adhibet. In NTo μέχρι *donec* semel exstat.

2. 17, 18 ἐπειδὰν . . μεταναστῇ; 18, 7 ἐπειδὰν συμβαίνωσιν; 19, 5 ἐπειδὰν θεάσωνται; 20, 21 ἐπειδὰν ἀπολαύσωσιν.

Quae vocula nusquam in NTo reperitur.

3. 15, 19 ὁπόταν μέλλωσι κολάζεσθαι[6]).
18, 8 ὁπόταν καταλαμβάνῃ κάματος.

ὁπότε semel in NTo legitur Lc. 6, 3.

4. 31, 14[6]) ὅταν λαμβάνω. Sine dubio (cf. 1, 2, 3) λαμβάνω coniunctivus est. E recentioris graecitatis usu coniungitur in NTo ὅταν cum indicativo[7]).

5. 37, 10 νῦν ὅτε καιρός. Verbum deest per ellipsim.
7, 4 ὅτε βούλεται quod exstare pro ὅταν βούληται iam Puech[8]) adnotavit.

1) Fuchs, Die Temporalsätze mit den Conjunktionen »bis« und »solange als« p. 77 (Würzburg 1902). 2) p. 85. 3) p. 107. 4) p. 118. 5) Stich p. 201. 6) 31, 14 ὅτ' ἂν MPV, ὁπόταν Euseb. Codicum lectionem servo, quia in talibus minutiis Eusebius non raro aliud praebet (cf. Puech 148[2]). Clementis quoque Alexandrini textum nonnullis locis deteriorem habebat quam codex Scorialensis (Wendland Berl. phil. Wochenschr. 1909 p. 491). 7) Blass p. 222 sq. 8) p. 32.

6. 7, 24 *ἐπειδή τινι συνεξηκολούθησαν.* Quae vox *ἐπειδή* in NTo nusquam legitur nisi Lc. 7, 1.

7. 15, 16 *τοσαυτάκις θνήσκοντες . . ὁσάκις ἂν . . ἐκπαιδεύσωσιν.*

Quae vox semel legitur in NTo (I Co. 11, 25).

8. Restat 6, 26 *πρὶν ἢ γενέσθαι, τίς ἤμην οὐκ ἐγίνωσκον.*

10, 16 *πῶς πρὶν τούτους . . . . γενέσθαι ἀκόσμητος ἦν ὁ οὐρανός.*

11, 7 *ποῦ δὲ οἱ ἀστέρες αὐτῆς πρὶν τὴν προειρημένην ἀποθανεῖν.*

28, 23 *πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον . . . . πρὶν ἢ τἀληθὲς . . . καταμανθάνειν.*

37, 22 *Ὅμηρος κατ' ἐκεῖνον αὐτὸν ὑπειλήφθω τὸν . . καιρὸν . . . πρὶν καὶ τῶν στοιχείων γεγονέναι τὴν εὕρεσιν.*

Sturm[1]) docuit *πρὶν ἤ* voculas proprias esse dialecti Ionicae et recentioris graecitatis. Non leguntur apud Thucydidem[2]), sed bis in Tatiani libro, *πρίν* simplex ter. *πρὶν ἤ* exstat raro apud Aristotelem[3]), nusquam apud Theophrastum[3]).

Omnibus locis Tatianus ponit infinitivum. Antiquissimi scriptores secundum legem certam utebantur praeter infinitivum et coniunctivo et indicativo. Sed Tatianus posterioris graecitatis usum secutus[4]), quem iam apud Theophrastum observamus[5]), semper infinitivum usurpat. Idem invenimus in NTo duobus locis Lucae saepius praebentis structuras antiquiores exceptis[6]). De usu negationum nihil concludi potest.

F. De enuntiatis consecutivis. Leguntur hi loci:

12, 29 *τὴν ὁμοίαν ἔχει σύστασιν ὡς εἶναι κοινὴν πάντων γένεσιν.*

12, 30 *διαφοραί . . . εἰσὶν ὡς εἶναι τὸ μέν τι κάλλιον.*

16, 8 *συνθετὴ γάρ ἐστιν ὡς εἶναι φανεράν.*

---

1) »Geschichtliche Entwicklung der Construktionen mit *πρίν*« p. 74, 74[1] (Würzburg 1882); Kühner II, 2 p. 445[2]; Diener, de sermone Thucydidis p. 71 (Lips. 1889). 2) Sturm p. 96. 3) Schmid III p. 84. 4) Schmid IV p. 86. 5) Mueller p. 59. 6) Norden, Kunstprosa II p. 486 sqq.

20, 28 *τοσοῦτον ἀποδέουσι τῆς ἀσκήσεως ὥστε λαμβάνειν.*
21, 4 *οὕτως ἐδεδίει τὸν θάνατον ὡς . . . πραγματεύσασθαι* (loc. corr.).
29, 19 *τοσαῦται . . . τῶν νόμων θέσεις ὡς εἶναι τὰ . . . αἰσχρὰ . . σπουδαῖα.*

Praeterea *ὥστε* c. indic. exstat in principio enuntiati 10, 1; 15, 17 deest post *παρόν* per ellipsim *ἔσται,* quem locum Kukula bene explicavit[1]).

1. Legitur quinquies *ὡς,* semel *ὥστε* cum inf. coniunctum. *ὡς* vocula rarius legitur omnibus temporibus[2]). Etiam Diodorus[3]), Diogenes Laertius[3]) aliique illius temporis scriptores *ὡς* raro usurpant saepius obviam apud Aelianum[3]), Arrianum Herodotumque[4]), quorum usum Ionicum Tatianus fortasse supra modum imitatus est. Sine dubio *ὥστε* vocula[5]) etiam in papyris obvia *κοινῆς* scriptoribus usitatissima erat.

2. Uno loco 20, 28 fortasse miraberis, quod infinitivus, non indicativus exstat. Sed etiam alii scriptores velut Polybius[6]) et NTum[7]) in quo semper excepto uno loco (Gal. 2, 13) legitur infinitivus, non sequuntur grammaticorum distinctiones subtilissimas. Interdum[7]) haec enuntiata exstant pro sententiis finalibus. Sed talia non inveniuntur apud Tatianum.

G. De enuntiatis concessivis. Legimus particulam *κἄν* in crasi *(καὶ ἐάν)* c. coniunctivo 4, 8; 6, 23. 31; 7, 1 bis; 7, 2; 14, 15; 20, 4; 22, 9; 23, 24; 26, 27; 28, 31; 29, 1; 33, 9. 30. Invenitur negatio *μή* 4, 8; 20, 4; 26, 27.

Per ellipsim deest verbum 27, 14 *Πέλοψ δεῖπνον τῶν θεῶν γίνεται κἂν Ποσειδῶνος ἐρώμενος.* Accedunt 2, 9 *ἀπεταξάμεθα τῇ παρ' ὑμῖν σοφίᾳ κἂν εἰ πάνυ σεμνός τις*

---

1) p. 26 sq. 2) multis exemplis hoc comprobavit Iannaris § 1757. 3) Schmid IV p. 87. 4) Grundmann p. 63. 88; Schmid IV p. 87; Kühner II, 2 p. 501. 5) Schmid III p. 85 b. 6) Stich p. 204. 7) Blass p. 228.

ἦν ἐν αὐτῇ; 14, 5. 6 χρήσασθε τοῖς δόγμασιν ἡμῶν κἂν ὡς τῇ κατὰ Βαβυλωνίους προγνωστικῇ· κατακούσατε λεγόντων ἡμῶν κἂν ὡς δρυὸς μαντευομένης. His locis κἄν exstat pro καὶ ἄν. Qui usus raro apud Atticos, saepius apud κοινῆς scriptores invenitur [1]).

36, 17 legitur διὰ τί τὴν Ἡφαιστίωνος οὐκ αἰδεῖσθε πορνείαν καὶ εἰ πάνυ Φίλων αὐτὸν ἐντέχνως ποιεῖ.

Saepe pro talibus enuntiatis exstare participia per se apertum est. Crasis κἄν = καὶ ἐάν scriptoribus κοινῆς inusitata erat atque raro in papyris invenitur [2]). καὶ εἰ voculae in NTo [3]) nusquam habent vim concessivam.

H. Enuntiata inducta particulis ὅτι et ὡς. Leguntur hi loci:

18, 13 τί ... λέγειν ἔχομεν ἢ τοῦθ' ὅτι .... ἀβδηρολόγος ἐστίν.

23, 1 πεπεισμένοι ὅτι πνεῦμα ... τὴν ἀθανασίαν κεκτήσεται.

27, 26 οἴονται ... ὅτι τὰ ὄρη τρέχουσιν.

30, 12 συνῆκα ὅτι τὰ μὲν καταδίκης ἔχει τρόπον, τὰ δὲ ὅτι λύει τὴν .. δουλείαν.

34, 2 προὐθυμήθην ... παριστᾶν (ostendere), ὅτι ... σωφρονεῖ.

39, 15 φησὶ δὲ ὅτι .. Sequuntur verba Apionis grammatici.

39, 25 χρὴ .. συνεῖναι .. ὅτι .. οὐδ' ἱστορίας τις ἦν .. ἀναγραφή.

40, 10/12 δῆλον (scil. ἐστὶν) ὡς καὶ μετὰ Μωσέα (scil. γινώσκονται).

41, 15 σαφηνίζειν ὡς οὐχ ... πρεσβύτερός ἐστιν.

Negatio οὐ legitur 39, 24; 41, 15.

1. Imprimis commemorandum est usum particularum ὅτι et ὡς perraro inveniri. Quod quidem efficitur infinitivo vel accusativo c. inf. plerumque posito a Tatiano post verba sentiendi, dicendi similisque notionis. Omnes fere posteriores scriptores contrarium usum praebent. In NTo

1) Vahlen, Beiträge zu Aristoteles Poetik I p. 35 sqq. (Wien 1865); Blass p. 220¹. 2) Schmid III p. 294. 3) Blass p. 281.

ὅτι reperitur pro infinitivo innumeris locis. Lucas tantum usum antiquiorem interdum praebet [1]). Quod non modo NTi, sed multorum κοινῆς [2]) scriptorum proprium est [3]). Atque sine dubio talia sermoni vulgari [4]) usitata erant ita, ut atticistae evitarent [2]) cum artificio hunc usum dictionis cotidianae. Atque Tatianus idem, quod atticistae, fecit cum artificio quodam. Nam ipse reddit 27, 26 illum sermonem vulgarem reliquis locis diligenter evitatum, quoniam ὅτι vocula posita post οἴεσθαι verbum in scriptis Atticis [5]) rarissima est (cf. 17, 17). Sed legimus idem non modo apud Polybium [6]), sed etiam apud Lucianum et Philostratum atticistas [7]).

2. 39, 15 ὅτι exstat ante orationem directam (ὅτι recitativum quod vocant), quem usum persaepe in NTo legimus [8]). Aliis locis Tatiani deest velut 9, 21; 37, 13.

3. In his enuntiatis Tatianus semper utitur indicativo.

I. De enuntiatis condicionalibus. 1. Irrealia condicionalia enuntiata leguntur quattuor locis.

17, 29 *εἰ γὰρ δυνατὸν αὐτοῖς* (deest *ἦν*), *πάντως ἂν καὶ τὸν οὐρανὸν . . . καθείλκυσαν.*

19, 13 *εἴπερ . . ἅπερ . . βούλονται κατεσκευάκει, πονηρῶν ἂν ἦν πραγμάτων δημιουργός.*

33, 25 *εἰ μὴ προσῆν . ., οὐκ ἂν . . διεβάλλετο.*

35, 2 *εἰ γὰρ ἐκύησεν ἐλέφαντα, τί τὸ αἴτιον τοῦ . . . ἀπολαῦσαι;* (*= αἴτιον οὐκ ἂν ἦν τοῦ ἀ.*).

Et Polybius [9]) et NTi [10]) scriptores interdum ἄν voculam omittunt. NTum [11]) adhibet post εἰ particulam οὐ negationem (Mt. 26, 24; Mc. 14, 21), sed Tatianus usurpat μή negationem Attico sermoni usitatam.

1) Blass p. 244. 235 sq. 2) Schmid II p. 58 enumerat multos locos. 3) ex Arriano exempla affert Grundmann p. 77. 4) Schmid IV p. 620. 5) Kühner II, 2 p. 356. 6) Goetzeler p. 33. 7) Schmid I p. 242; IV p. 83. 8) Iannaris § 2032. 9) Stich p. 194 sq. 10) Blass p. 211. 11) p. 259.

2. Realia condicionalia enuntiata leguntur his locis:

4, 21 *εἰ μὴ .. βούλομαι, τίνος χάριν ... μεμίσημαι.*

19, 30[1]) *εἰ ... παραιτούμεθα, ... ἐπιτηδεύουσιν.*

21, 8 *εἴ φατε μὴ δεῖν δεδιέναι τὸν θάνατον, .. μὴ ἀποθνήσκετε.*

28, 17 *εἰ γὰρ ἀττικίζεις ..., λέγε μοι ... τὴν αἰτίαν.*

37, 21 *εἰ βούλεταί τις,* (scil. *ὑπειλήφθω Ὅμηρος*) *πρὶν ... γεγονέναι τὴν εὕρεσιν.*

40, 9 *εἰ ... ἀνεγράφησαν ..., δῆλον (ἐστί) ὡς ...*

Similia leguntur 19, 26; 22, 6; 27, 24; 28, 20; 40, 5. Non invenimus confusionem particularum *εἰ* c. ind. et *ἐάν* c. coniunctivo saepe obviam in NTo[2]) neque Tatianus adhibet *οὐ* negationem usurpatam a NTi[3]) scriptoribus. Polybius[4]) idem praebet quod Tatianus.

3. Potentialia condicionalia enuntiata sunt his locis:

19, 23 *εἰ οὕτως εἴη, .. ἀμυνεῖται* (codd. *ἀμύνηται,* emendavit Schwartz).

30, 28 *τί ἂν ἕτερον* (scil. *λέγοιμι*) *ἢ τὸ μὴ τοῖς κρείττοσιν λοιδορεῖσθαι μηδ', εἰ βάρβαροι λέγοιντο, ταύτην λαμβάνειν τῆς χλεύης τὴν ἀφορμήν;*

33, 12 *καλὸν μὲν* (scil. *ἂν εἴη*), *εἰ λαμβάνοι περιγραφήν.*

Quamquam coniunctivum et optativum saepius posterioribus temporibus confundi notum est[5]), tamen facile fieri potest, ut emendemus locum 16, 22 *τὸ δὲ τοιοῦτον τῆς συστάσεως εἶδος εἰ μὲν ὡς ναὸς εἴη, κατοικεῖν ἐν αὐτῷ θεὸς βούλεται διὰ τοῦ πρεσβεύοντος πνεύματος.* Recte Schwartz ponit *εἴη,* praesertim cum reliquis omnibus locis Tatianus sequatur legem antiquam et dissentiant codices (P *ἤ*, MV *ἦι*). Quod ad coniunctivum servandum Puech[6]) dixit falsum esse edocet usus Tatiani. De negationibus nihil concludi

1) Schwartz quod tradunt omnes codd. mutavit in *παραιτοίμεθα* et *ἐπιτηδεύσουσι.* Quod num necessarium sit quamvis sequatur *καταχρήσονται* dubito. Nam *ἰάσασθαι ἐπιτηδεύουσι* idem fere est quod *ἰάσονται.*
2) Blass p. 218. 3) p. 259. 4) Stich p. 194. 5) Blass p. 215; Thumb, gr. Spr. p. 249. 153. 6) p. 32[1].

potest. εἰ c. optat. in NTo[1]) perraro legitur Act. 24, 19; 20, 16; I P 3, 14. 17. Polybius[2]) εἰ c. optat. saepius con≈fundit cum ἐάν c. coniunctivo.

4. ἐάν vocula inducta sunt enuntiata condicionalia

11, 5 τί μοι σέβειν . . ., ἂν μὴ λάβωσιν.
11, 31 δοῦλος ἐὰν ὦ, τὴν δουλείαν ὑπομένω.
12, 1 κἂν ἐλεύθερος ὑπάρχω, . . οὐ σεμνύνομαι.
18, 4 ἄν τις θελήσῃ, . . . παραιτησάσθω.
18, 19 ἢν μὴ ἀποπαύσησθε, . . . ἀπολαύσετε.
22, 2 ἂν ὑπάρχῃς ἀνώτερος, . . . καταφρονήσεις.
23, 20 γένεσιν ἂν λέγητε, . . . ἀποφανεῖσθε.
27, 17 ἐὰν ἀφέληται, . . . ἐξαδυνατήσουσιν.
31, 1 ἢν ἐθέλητε, . . . δυνήσεσθε.

Supra iam commemoravi confusionem particularum εἰ c. ind. et ἐάν c. coni., saepe obviam in NTo[3]) quod coniungit interdum ἐάν cum indicativo. Etiam Polybius[4]) uno loco utitur ἐάν vocula c. indic. Multi scriptores posterioris graecitatis confundebant εἰ c. opt. et ἐάν c. coni. velut Dio Chrysostomus[5]), Hermogenes[6]), Menander[6]) rhetor, Aelianus[7]), Philostratus[8]), Lucianus[9]). Contra Tatianus has structuras accurate distinguit.

Pauca dicenda sunt de formis ἐάν, ἤν, ἄν. Legimus ἐάν bis. Quae vox usitatissima est κοινῆς scriptoribus[10]) et saepe legitur in papyris[11]) eodem tempore scriptis quo NTum[12]), quod raro utitur vocula ἄν vel ἤν. ἄν exstat quater. Incriptiones[11]) hanc voculam sermoni Attico vulgari usitatam fuisse edocent. Usurpatur a Demosthene[13]), Aristotele[13]), Theophrasto[14]) scriptoribusque p. Chr. n. saeculorum[13]). ἤν bis obvia est vocula Ionica[15]), adhibita

1) Blass p. 225. 2) Stich p. 194 sq. 3) Blass p. 218. 4) Stich p. 195 sq. 5) Schmid I p. 98. 6) I p. 99. 7) III p. 83. 8) IV p. 84. 8) I p. 244. 10) Blass p. 64. 11) Schmid IV p. 124 (affert multa exempla e papyris). 12) Deissmann, neue Bibelstudien (Marburg 1897) p. 30 sq.; Nägeli p. 40. 13) Schmid IV p. 124. 14) Mueller p. 58. 15) Schmid IV p. 11 dicit: »Halb Ionismus, halb Atticismus ist . . . ἤν statt ἐάν.«

imprimis ab Herodoto[1]), Arriano[1]), raro ab aliis antiquioribus scriptoribus[2]).

Haec enuntiata inducta ἐάν vocula negantur μή negatione.

5. Restant pauca. 11, 9 τίς ὁ ἀναβιβάσας αὐτόν, εἰ μήτι nisi.
21, 7 τίνας . . . ἔδει διῶξαι, εἰ μὴ (nisi) μόνους ὑμᾶς.
32, 22 τί . . . τὸ αἴτιον, εἰ μὴ (nisi) τὸ συντάττειν.
17, 13 πῶς . . . ἂν γένοιντο . . . χωρὶς εἰ μὴ . . . γένοιτο.

In χωρὶς εἰ μή voce utenda Tatianus sequitur sermonem posterioris graecitatis[3]), ceterum semper in enuntiatis condicionalibus sequitur legem Atticam neque praebet usum contrarium multis locis obvium in posterioris graecitatis scriptis.

XI. De infinitivo.

Supra iam commemoravimus Tatianum semper infinitivum ponere post πρίν et ὥστε exceptis locis 10, 1; 15, 17 (cf. p. 71 sq.). In proximis paginis + signum indicat accusativum c. inf.

A. Scriptor utitur vocula ὅτι vel ὡς semel post λέγω 18, 13; semel post πείθομαι 23, 1; semel post οἴομαι 27, 26; ter post συνίημι 30, 12. 13; 39, 25; semel post παριστάω 34, 2; semel post φημί 39, 15 ante orationem directam; semel post δῆλον 40, 10/12; semel post σαφηνίζω 41, 15 (cf. p. 73 sq.). Reliquis omnibus locis legitur infinitivus vel accusativus c. inf. post verba sentiendi, dicendi, declarandi.

1) Grundmann p. 63. 2) Schmid IV p. 125. 3) Kühner II, 2 p. 219; Naegeli p. 33; Schmid I p. 158.

λέγω 3, 6+; 4, 5+; 18, 25; 20, 26; 21, 21+; 26, 21; 27, 5+; 27, 22+; 29, 1+; 29, 5; 34, 4+; φημί 3, 15+; 11, 11; 21, 8; 24, 8+; 27, 1; 27, 31+; 32, 2+; 32, 11+; 33, 20+; 38, 13; 39, 11+; 42, 5+; ἐρεῖτε 24, 13+; εἶπον 32, 13; ἀποφαίνομαι *explano* 3, 22+; ἐκφωνεύω 20, 16+; λογίζομαι 33, 30+; πιστεύω 6, 16+; 17, 15; 35, 18+; μανθάνω 36, 13+; κηρύττω 29, 12+; νομίζω 15, 10; 29, 20+; 31, 4; 34, 18+; 41, 7; 42, 18+; οἴομαι 17, 17+ (cf. 27, 26); ἐπαγγέλλομαι 25, 28; 38, 2; 43, 12; καταγγέλλω 23, 6+; 29, 6 (λαλέω 6, 4; 25, 8; 28, 17; 34, 23 et φθέγγομαι 2, 4 verba absolute solum adhibentur).

B. V e r b a i m p e r a n d i s i m i l i s q u e n o t i o n i s exstant his locis: χαίρειν εἰπών 37, 6; κελεύω 4, 28; 20, 21+; πείθω bis 24, 5; προαιρέομαι *posco* 21, 17+; 35, 16+; παρασκευάζω *efficio* 19, 13+; 35, 7+; προστάττω 4, 23; συμβουλεύω 21, 3; 29, 4; ἀπεργάζομαι *efficio* 19, 8+; νομοθετέω 19, 2.

In NTo[1]) post talia verba non raro legitur enuntiatum finale exceptis verbis κελεύω et προστάττω. Interdum in papyris[2]) legitur κελεύω ἵνα. (Non invenimus κελεύω c. dat. obvium saepe in κοινῆς scriptis[3]).)

C. V e r b a c u p i e n d i s i m i l i s q u e n o t i o n i s et alia post quae infinitivus exstat obiecti loco, saepe legimus: βούλομαι 2, 27; 4, 21. 22; al.; θέλω 5, 8; 11, 26; al.; 21, 19 legitur εἶναι θέλεις μετὰ σεαυτοῦ θεούς; ἐθέλω 31, 1; δύναμαι 19, 22; 27, 24; al.; ἔχω (= δύναμαι) 18, 13; 22, 7. 26; δέδια 35, 23; γινώσκω (= δύναμαι) 28, 9; ἄρχομαι *incipio* 37, 9; ἀναξιοπαθέω 14, 3 (cf. p. 65); προαιρέομαι *contendo* 6, 7; ἀγωνίζομαι *contendo* 11, 29; διδάσκω 1, 10; εἴωθα 10, 6; 15, 12; ἐξαδυνατέω 17, 22; ἐξευρίσκω 1, 5; ἐπιτηδεύω 11, 28; 20, 2; ἐπιχειρέω 23, 24; ἰσχύω (= δύναμαι) 16, 31; κατακρίνομαι 26, 2; κωλύω

---

1) Blass p. 229 sqq. 2) Schmid IV p. 88. 3) Schmid I p. 334; III p. 205; IV p. 309.

30, 15; *μέλλω* 15, 19; *πραγματεύομαι* 21, 5 (loc. corrupt.); *ὀκνέω* 25, 22; *πειράομαι* 29, 25; 33, 17; 37, 4. 11; 41, 7; *προθυμέομαι* 13, 23; 34, 1. 17; *σπεύδω* 27, 29; 41, 15; *ἐάω* 13, 24.

μέλλω c. inf. etiam in NTo [1]) et Atticis scriptis significat quae eventura sunt. *ἀγωνίζομαι* verbo Thucydides [2]) imprimis utitur cum infinitivo. *ἰσχύω* c. inf. est verbum *κοινῆς* proprium [3]).

D. Infinitivus post adiectiva vel substantiva cum *εἰμί* verbi forma coniuncta vel voces impersonales his locis legitur:

1. *δυνατός* 12, 17; 13, 12; 14, 11; 17, 8 [29]; 18, 6. 29; [22, 25]; 23, 3; 32, 19. 22; *ἕτοιμος* 4, 23; *ὅσιον* 24, 16; *σπουδαῖον* 19, 9; 36, 12; *χαλεπόν* 17, 17; 35, 25+; 37, 15+; *ἄτοπον* 28, 22; 33, 15+; 37, 17; *ἠλίθιον* 29, 10; *ἀγαθόν* 19, 8; *καλόν* 21, 24 (33, 13 *καλόν, εἰ* . . .); 36, 2.

2. *ἔθος ἐστίν* 20, 17 (cf. 37, 3).

3. *δοκεῖ* 9, 3; 10, 18; 28, 19; *δεῖ* 2, 5+; 21, 8; 22, 10+; 25, 10; 28, 17+; 21, 7 quo loco Wilamowitz inseruit ⟨*ἔδει*⟩, Kukula [4]) proposuit *δέον*; *ἀποβαίνει* 2, 2 (praecedit *τὸ* c. inf. 15, 21; 16, 3); *συμβαίνει* 30, 4. 7; *χρή* 1, 19+; 4, 17; 16, 4+; 22, 18+; 29, 18+; 36, 21+; 38, 2+; 39, 24+; 41, 2; *ἔνεστιν* *fieri potest* 21, 13; *ἔστιν* *fieri potest* 12, 22; *προσήκει* 31, 4.

NTum [5]) post multas harum dictionum ponit *ἵνα* voculam, *δοκεῖ* [6]) coniungit cum *ὅτι* particula.

E. Nominativus c. inf. legitur his locis:

8, 15 *πῶς οὐχὶ θνητὸς εἶναι νομισθήσεται.*
9, 4 *ἵνα . . . νομίζηται . . . ἡ Ἀθηνᾶ . . . ἐστερῆσθαι.*
9, 28 *ἵνα . . . νομισθῶσιν αὐτοὶ διατρίβειν.*
17, 26 *ἵνα . . . νομισθῶσιν εἶναί τινες.*
33, 22 *γενναῖος εἶναι πεπίστευται σφόδρα.*

---

1) Blass p. 209. 2) Schmid IV p. 256. 3) Schmid I p. 159; II p. 219. 4) p. 5 sq. 5) Blass p. 232 sq. 6) Wilke-Grimm s. v. *δοκεῖ*.

F. Dativus cum infinitivo legitur semel modo 21, 24 *καλὸν ἄρα σοι γενέσθαι ξύλῳ*. Dativo accusativus participii continuatur 17, 8 *δυνατὸν δὲ παντὶ τῷ νενικημένῳ πάλιν νικᾶν τοῦ θανάτου τὴν σύστασιν παραιτούμενον* (pro *παραιτουμένῳ*). Similia etiam apud Atticos legimus [1]).

G. De infinitivo, cui articulus praefixus est pendente a praepositionibus supra iam egi (cf. p. 51 sq.). Hic locos quibus praepositiones non leguntur enumero.

1. Genetivus 13, 3 *τοῦ γεγενῆσθαι τὸ αἴτιον*; 26, 27 *τέχνη τοῦ πορίζειν*; 28, 18 *τοῦ μὴ δωρίζειν . . . αἰτίαν*; 30, 23 *τοῦ συνεστάναι . . . ἀφορμήν*; 35, 2 *αἴτιον τοῦ . . . ἀπολαῦσαι*; 30, 29 *τοῦ . . . πάντας . . . ὑπακούειν μὴ δύνασθει τὴν αἰτίαν*.

Nusquam legimus in Tatiano genetivum infinitivi ad id significandum quod est efficiendum velut Mt. 13, 3 *ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν* ut sereret.

Qui usus sermonis posterioris vulgarisque [2]) ab atticistis evitabatur [3]). Rarius iam legitur apud Iosephum [4]), imprimis invenitur in NTo [5]), sed etiam Attici scriptores [6]) interdum talia praebent.

2. Dativus [7]) uno loco exstat 31, 6 *τῷ . . . ἑκάτερον αὐτῶν εἶναι παλαίτατον* et causam significat. Etiam NTum semel modo dativum adhibet II Co. 2, 13.

3. Nominativus [8]) reperitur 16, 3 *τὸ πλημμελεῖν μειζόνως ἀποβέβηκεν*; 15, 21 *τὸ θνήσκειν ῥᾴδιον ἀποβαίνει*; 26, 28 *τέχνη τοῦ πορίζειν τὸ φιλοσοφεῖν*; 29, 15 *τὸ . . . ἀσχολεῖσθαι νομοθετοῦντός ἐστιν ἔργον*; 32, 23 *τί . . τὸ αἴτιον . . . εἰ μὴ τὸ συντάττειν*. Qui usus in NTo [9]) perraro invenitur.

4. Accusativus legitur 6, 28 *τὸ εἶναι πεπίστευκα*; 29, 21 *νομίζουσιν . . . φευκτὸν εἶναι τὸ συγγενέσθαι*; 30, 27 *τί ἂν ἕτερον* (scil. *λέγοιμι*) *ἢ τὸ μὴ . . λοιδορεῖσθαι*.

1) Kühner II, 2 p. 111 sq. 2) Iannaris § 2077. 3) Schmid IV p. 608 sq.; II p. 40. 4) Schmidt, de Ios. elocutione (Fleckeis. Jahrb. Suppl. XX [1894]) p. 427. 5) Blass p. 227. 239. 6) Birklein p. 102 sqq. 7) Birklein p. 103. 8) Birklein p. 95. 9) Blass p. 238.

In NTo[1]) talia perraro leguntur. De negatione infinitivi alio loco disseram (cf. p. 83).

5. Infinitivus c. articulo etiam *κοινῆς* in scriptis non raro legitur. E papyris nonnulla exempla adscribam:

a) P. Goodspeed 3 (saec. III. a. Chr.) versu tertio: *μετὰ τὸ γράψαι περὶ τοῦ*[2]). . . .

b) P. Alexandr. 4 (saec. III. a. Chr.) versu 3. 4: *πρὸς τὸ μὴ γίνεσθαι*[3]).

c) P. Lond. 42 (anni 168 a. Chr.) versu 10: *ἐπὶ μὲν τῷ ἐρρῶσθα[ί] σε*[4]).

d) P. Flind. Petr. II 13, 19 (saec. III. a. Chr.) versu 14 exstat infinitivus finalis *πᾶν ἐ[μοὶ ἔστ]αι πεφροντισμένον τοῦ σε γενέσθαι*[5]) *ἄλυπον*.

Talia sermoni cotidiano usitata fuisse etiam ex hodierno Graecorum sermone cognoscitur[6]), qui utitur his vocibus: *τὸ φαγί* »das Essen, die Speise« = *τὸ φαγεῖν; τὸ φιλί* »der Kuß« = *τὸ φιλεῖν*.

XII. De negationibus.

In labentis graecitatis scriptis miro saepe modo usurpatas esse negationes notum est neque observari illis temporibus scribendi morem Atticorum ad hanc rem pertinentem, ita ut Blass[7]) de NTi usu breviter dixerit *οὐ* negationem negare indicativum, *μή* reliquos modos, infinitivum, participium.

1) Blass p. 238. 2) Witkowski p. 30. 3) p. 32. 4) p. 38. 5) p. 17. 6) Thumb, Handb. §§ 143. 79. 7) p. 258 sq.

Tatiani exempla affero:

A. 1. In simplicibus enuntiatis primariis semper adhibetur *οὐ* (velut 2, 4; 3, 8; 11, 6; al.); *οὐδείς, οὐδεμία, οὐδέν* 12, 15; 16, 18; 24, 16; 28, 7; 29, 2; 32, 21; *οὔτι* 16, 19; *οὐκέτι* 28, 14; *οὐδαμῶς* 16, 30; 18, 2; *οὐχί* 16, 14.

2. Apud optativum potentialem *οὐ* legitur 3, 11; 24, 18; 25, 21; 33, 19 vel *οὔτε — οὔτε* 16, 9; 24, 5.

3. *οὐ* exstat in enuntiatis interrogativis directis 1, 3; 10, 13. 17; 20, 9; 23, 21; 25, 7; 28, 22; 29, 10; 33, 15; 35, 25; 36, 10. 17; *οὐχί* 8, 15; 10, 20. 21. Accedit 27, 29 *μὴ γὰρ οὐχ ὑμεῖς κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον . . . γεγένησθε;* Quo cum loco comparari potest Xen. Comm. 4, 2, 12; Plat. Men. 89 C.[1])

4. *μήτι γε* 8, 18; 15, 28 similiter dictum est atque *μήποτε* vocula significans *fortasse* obvia multis *κοινῆς* locis.[2])

B. *μή* negatio legitur apud Tatianum in enuntiatis relativis his locis: 26, 10 *ᾧ μηδὲ τὸ οἰκεῖον πρόσεστι σχῆμα* ....
23, 2 *τὰ ὅσα μὴ ἐγίνωσκον.*
30, 15 *δίδωσι δὲ ἡμῖν οὐχ ὅπερ μὴ ἐλάβομεν.*
41, 8 *τὰ ὅσα μὴ συνίεσαν.*

26, 10; 41, 8 *μηδέ, μή* eo libentius adhibitum esse videtur, quo hiatus evitaretur, 30, 15 *μή,* quia paulo ante *οὐχ* exstat. Ceterum post *ὅσος* multi scriptores *μή* negatione utebantur pro *οὐ* velut[3]) Thucydides, Demosthenes, Dionysius Halicarnassensis, Diodorus, Strabo. Polybius[4]) *ὅσοι μή = εἰ μή* quater usurpat reliquisque locis *οἱ οὐ,* non *ὅσοι οὐ* dicit. Confundunt atticistae negationes multis locis quos collegit Schmid.[5]) Praeterea *οὐ* legitur in enuntiatis relativis 2, 5; 24, 23; 25, 9 (3, 8) et *οὐδεμία* 6, 22.

C. 1. Nihil concludi potest de negationibus adhibitis in sententiis temporalibus et interrogativis indirectis.

---

1) Kühner II, 2 p. 524. 2) II, 2 p. 396. 3) Birke p. 17 sqq. 4) p. 18. 5) I p. 100. 245; II p. 61.

2. Enuntiata finalia negantur vocula *μή* 3, 4; 4, 28; 9, 4; *μηδέ* 20, 30; 34, 18.

3. In enuntiatis causalibus legitur *οὐ* 9, 18 *ὅτι . . . τέχνης οὐκ ὤνατο* et *μή* bis 26, 2 *διότι μὴ κατεκρίθη;* 31, 13 *ὅτι μηδὲ . . . . παραδεκτόν,* quibus locis hiatus evitatur negatione *μή*. Apud recentiores scriptores [1]) in his enuntiatis rarissime *μή* legitur. Tantum Plutarchus [1]), Lucianus [1]), Arrianus [2]) illam negationem adhibent inprimis apud verba affectuum (cf. Tatian. 26, 2).

4. In enuntiatis concessivis legitur *μή* 4, 8; 20, 4; 26,27.

5. In enuntiatis inductis particula *ὅτι* vel *ὡς* legimus *οὐ* et *οὐδέ* negationem 40, 1; 41, 15 post verba *συνίημι* et *σαφηνίζω*. Quibus in sententiis alii scriptores et *μή* et *οὐ* negationem adhibent [3]).

6. In enuntiatis condicionalibus legimus *μή* 4, 21; 11, 5. 10 (*μήτι*); 17, 13; 18, 19; 21, 7; 32, 22; 33, 25. In NTo interdum *οὐ* [4]) adhibetur (Mt. 26, 24; Mc. 14, 21).

D. Infinitivus semper negatur *μή* vocula velut 2, 27 *διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι;* 4, 17 *ἐχρῆν . . . μηδὲ . . . κολακεύειν;* 2, 2; 14, 11; 15, 18; 16, 2; 21, 8; 26, 21; 28, 18. 23; 30, 27 bis; 34, 5. Nusquam negantur enuntiata infinitivo formata sequentia voculam *πρίν*. Restat 20, 28 *ὥστε . . . χρυσοῦς ἑξακοσίους λαμβάνειν τινὰς εἰς οὐδὲν χρήσιμον,* quo loco *οὐδέν* vocula negatur tantum *χρήσιμον* adiectivum.[5]) Omnes scriptores *μή* adhibebant, ubi articulum *τό* ad infinitivum ponebant atque post verba impersonalia exceptis Polybio, Dionysio, Diodoro, Strabone.[6]) Restant duo infinitivi 21, 8 *εἴ φατε μὴ δεῖν δεδιέναι* et 26, 21 *λέγοντες μὲν δεῖσθαι μηδενός.* Primo loco *μή* similiter atque in Atticis scriptis [7]) ponitur, quia condicionale enuntiatum antecedit. Ceteroquin raro negantur a veteribus scriptoribus *μή* vocula infinitivi pen=

1) Birke p. 25; Schmid I p. 245. 2) Boehner, de Arriani dicendi genere (Erl. 1885) p. 53. 3) Birke p. 26; Schmid I p. 100; III p. 88; IV p. 92. 4) Blass p. 259. 5) Kühner II, 2 p. 188. 6) Birke p. 47 sq. 7) Kühner II, 2 p. 194.

dentes a verbis dicendi.[1]) Idem quod illis locis apud Tatianum legimus invenimus raro apud eos scriptores quos Birke[1]) pertractavit, saepius apud atticistas[2]), semper in NTo[3]). Sed fortasse apologeta *μηδενὸς* posuit ad hiatum evitandum.

E. 1. a) Participia, ubi articulus adhibetur, negantur vocula *μή*, quod in usu est iam veteribus. Legimus 5, 18 *τὴν μηδέπω γεγενημένην ποίησιν*; 6, 27 *γεγονὼς δὲ ὁ μὴ πάλαι*; 6, 29 *ὁ ... μηκέτ' ὤν*; 6, 29 *ὁ ... μηκέθ' ὁρώμενος*; 10, 25 *ὁ μηκέτι βασιλεύων*; 13, 12 *τῷ μὴ ... ἀποσκορακίζοντι*; 14, 2 *οἱ ... μὴ ἀποσκορακίζοντες*; 15, 5 *αἱ ... μὴ πειθόμεναι*; 25, 4 *τοὺς μὴ κοινωνοῦντας*; 26, 2 *ὁ ... τῷ φόνῳ μὴ περιτυχών*. Sed *οὐ* invenitur 21, 13 *τοὺς οὐκ εἰδότας τὸν θεόν*; 25, 25 *οἱ πυκτεύοντες περὶ οὐδενός*.

b) Eodem modo legimus *μή* apud adiectiva 2, 6 *τὰς μὴ συγγενεῖς ἑρμηνείας*; 20, 5 *ὁ μὴ κακός*; 26, 16 *τὰ μὴ ὠφέλιμα*; 32, 23 *τὸ συντάττειν τὰ μὴ ἀληθῆ*. Contra *οὐκ* quo hiatus evitatur 2, 15 *τὸ ... δίκαιον ... οὐκ ἀγαθὸν παριστῶντες*; 27, 16 *οὐκ ἰδίοις ἐπικοσμούμενοι πτεροῖς*; sed hic articulus deest. Eundem usum praebent scriptores a Birkio[4]) pertractati.

2. Participia quae idem valent atque sententiae relativae negantur *οὐ* negatione 36, 25 *ταῦτα μὲν οὖν οὐ παρ' ἄλλου μαθὼν ἐξεθέμην, πολλὴν δὲ ἐπιφοιτήσας γῆν*; 5, 2 *πνεῦμα ὁ θεός, οὐ διήκων διὰ τῆς ὕλης, πνευμάτων δὲ ... κατασκευαστής*; 20, 25 *ὑμεῖς δὲ τούτων οὐκ ἔχοντες τὴν κατάληψιν παρ' ἡμῶν τῶν εἰδότων ἐκπαιδεύεσθε*; 22, 21 *τὰ δὲ ὑπὲρ τοῦτον αἰῶνες οἱ κρείττονες οὐ μεταβολὴν ὡρῶν ἔχοντες .... ἡμέραν ἔχουσι διαμένουσαν*. Item adverbium cum participio praedicativo coniunctum 29, 30.

3. Vim causalem habent participia negata *μή* vocula 7, 13 *τὸ δὲ ἑκάτερον τῆς ποιήσεως εἶδος αὐτεξούσιον γέγονε τἀγαθοῦ φύσιν μὴ ἔχον*; 14, 26/27 *γέγονεν .. συνδίαιτον ἀρχῆθεν*

1) Birke p. 39 sq. 2) Schmid I p. 100; II p. 61; III p. 88; IV p. 91. 3) Blass p. 260. 4) p. 55 sq.

τῇ ψυχῇ τὸ πνεῦμα. τὸ δὲ πνεῦμα ταύτην ἕπεσθαι μὴ βουλομένην αὐτῷ καταλέλοιπεν; 7, 17 *ὁ δὲ δίκαιος . . . ἐπαινῆται . . . . τοῦ θεοῦ μὴ παραβὰς τὸ βούλημα*; 9, 3 *ταύτην μοι δοκοῦσιν Ἀθηναῖοι μὴ βουληθέντες διαβάλλειν . . . προσάπτειν*; 9, 19 *ὅτι μὴ προγνοὺς τὰ περὶ σὲ τῆς αὐτοῦ τέχνης οὐκ ὤνατο.* Sed *οὐ* exstat 16, 26 *τὰ δὲ λοιπὰ τῆς αὐτῆς ἐκείνοις διαίτης ἐστὶν, οὐκ ὢν ὁμοίωσις τοῦ θεοῦ*; 36, 10 *πῶς οὐκ αἰδεῖσθε τοσαύτας μὲν ἔχοντες ποιητρίας οὐκ ἐπί τι χρήσιμον.*

4. Vim concessivam habent participia negata *μή* negatione 34, 9 *Πράξιλλαν μὲν γὰρ Λύσιππος ἐχαλκούργησεν μηδὲν εἰποῦσαν διὰ τῶν ποιημάτων χρήσιμον*; 4, 5 *ὅτι μὴ θεὸς ὢν τοῦθ' ὅπερ ἔλεγεν εἶναι κατεψεύδετο*; 28, 9 *τί κατέχετε σκεύη τεκτονικὰ τεκταίνειν μὴ γινώσκοντες*; 19, 19 *πᾶς γὰρ ⟨ἂν⟩ ζῶν μὲν ἥκιστα μοχθηρὸς εἴην, νεκροῦ δὲ ὄντος μου λείψανον τὸ ἐν ἐμοὶ μηδὲν ἐμοῦ πράττοντος μήτε κινούμενον ἀλλὰ μηδὲ αἰσθανόμενον αἰσθητόν τι ἀπεργάσεται*;

Sed *οὐ* quo hiatus evitatur invenitur 27, 31 *τί φάσκετε σοφίαν εἶναι παρ' ὑμῖν μόνοις, οὐκ ἔχοντες ἄλλον ἥλιον οὐδὲ . . .*; 28, 18 *εἰ γὰρ ἀττικίζεις οὐκ ὢν Ἀθηναῖος.*

5. Vim condicionalem habet participium *μή* negatum 14, 12 *θνῄσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται μετὰ τοῦ σώματος μὴ γινώσκουσα τὴν ἀλήθειαν.*

6. Genetivus absolutus negatur *μή* vocula, si habet sensum temporalem 10, 12 *διὰ τί δὲ τῆς θυγατρὸς μὴ ἀπολωλυίας τῶν ἀνθρώπων εὐεργέτις οὐκ ἐγένετο (ἡ Δημήτηρ)* vel condicionalem 16, 24 *τοιούτου δὲ μὴ ὄντος τοῦ σκηνώματος προὔχει τῶν θηρίων ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὴν ἔναρθρον φωνὴν μόνον*; sed *οὐ* vocula si habet sensum explicativum 6, 18 *γινομένων . . καὶ ἀπογινομένων τῶν αὐτῶν οὐκ ἐπί τι χρήσιμον*; 24, 13 *τὸν Ἕκτορα δὲ καὶ τὸν Ἀχιλλέα . . . . ἐρεῖτε παρεισῆχθαι οὐδενὸς ὄντος τῶν προειρημένων ἀνθρώπων.* Quo in usu Tatianus videtur sequi antiquam dictionem [1]) adhibentem *μή* et *οὐ* particulas secundum certam legem,

1) Kühner II, 2 p. 198 sqq.

quam iam Plutarchus[1]) non observavit, minime autem NTi[1]) scriptores, Polybius, Dionysius, Strabo[2]), interdum ne atticistae quidem[3]). Recentiores scriptores solebant *μή* voculam praeferre[2]).

Ex iis quae congessi hoc concluditur. Tatianus utitur semper *οὐ* negatione in simplicibus enuntiatis primariis et interrogativis directis, apud optativum potentialem, in enuntiatis relativis, paucis locis exceptis quibus *μή* negatione hiatus evitatur, similiterque in enuntiatis causalibus. Praeterea *οὐ* exstat in enuntiatis inductis particula *ὅτι* vel *ὡς* et apud participia quae idem valent atque sententiae relativae. *μή* legitur in enuntiatis finalibus, concessivis, condicionalibus et apud infinitivum participiaque vim condicionalem habentia.

Sine differentia — nisi quod interdum hiatus evitandi studium apparere videtur — usurpantur *οὐ* et *μή* apud participia cum articulo coniuncta et adiectiva, apud participia vim causalem vel concessivam habentia.

XIII. De copia verborum.

Sonos, formas, syntaxin Tatiani examinantes multa invenimus contra communis sermonis usum cum antiquis atque maxime quidem Atticis praeceptis congruentia: id quod etiam apertius erit e conspectu, quem, ut indicis locum teneat, in calce libelli ponam. Hoc fortasse mirabitur qui meminerit Tatianum haud semel illudere atticistarum studia velut 2, 6 *τὸ πάντων ἀτοπώτατον, τὰς μὴ συγγενεῖς*

1) Blass p. 260 sq. 2) Birke p. 57. 3) Schmid I p. 100. 246; II p. 61.

ὑμῶν ἑρμηνείας τετιμήκατε; 27, 15 *παύσασθε λόγους ἀλλοτρίους θριαμβεύοντες καὶ ὥσπερ ὁ κολοιὸς οὐκ ἰδίοις ἐπικοσμούμενοι πτεροῖς;* 28, 16 *τί δὲ ὡς ἐν πυγμῇ συγκρούεις τὰς ἐκφωνήσεις αὐτῶν διὰ τὸν Ἀθηναίων ψελλισμόν, δέον σε λαλεῖν φυσικώτερον; εἰ γὰρ ἀττικίζεις, οὐκ ὢν Ἀθηναῖος, λέγε μοι τοῦ μὴ δωρίζειν τὴν αἰτίαν;* 29, 13 *τί δ' ἂν ὠφελήσειε λέξις Ἀττική;* Ab his igitur atticissantium studiis, quamvis ea cavillatus sit, tamen ne ipse quidem prorsus alienus fuisse videtur. Sed de hac quaestione ut recte iudicemus, praeter ea quae adhuc examinavimus copia verborum qua Tatianus usus est accuratius erit excutienda. Qua de re summatim iudicaverunt Daniel[1]) et Kalkmann[2]), diligentius primus materiam pertractavit Otto[3]), qui collegit et multa vocabula, quae aut memoranda esse ei videbantur aut Tatiani solius propria sunt, et poetarum verba. Optime Schwartz in indice Graeco editioni addito scripsit de vocabulis propriis Scripturae et obviis tantum apud Tatianum ascriptis multis aliorum scriptorum locis. Praeterea multa alia vocabula quae notabilia esse videbantur adiecit. Puech[4]) denique bene disputavit de vocabulis *φλήναφος, ῥιναυλέω, λαρυγγιάω* et de iis quae reprehenduntur a lexicographis Atticis[5]) aut a Tatiano imprimis usurpantur[6]).

Iudicantibus nobis de Tatiani vocabulis omittenda sunt ea, quae sumpsit apologeta ex aliis scriptoribus (2, 11; 3, 11; 8, 11; 9, 21. 22; 14, 18; 17, 7/8; 39, 12) et nomina propria. His igitur omissis numerus omnium

---

1) »Tatianus des Apologet« (Halle 1837) p. 73: »Die merkwürdige Diktion der Apologie bietet das Bild eines Mannes, der mit einer gewissen saloppen Schreibweise kokettiert, der ein Bettlerkleid über ein reich gesticktes Gewand geworfen und nicht verhindern kann, dass zwischen den Fetzen der Schimmer durchbricht.» 2) »Tatians Nachrichten über Kunstwerke«, Rhein. Mus. 42, p. 516: »auch darin sekundiert Tatian andern Jüngern der Sophistik, dass er seltene Worte liebt und selbst neue Wörter bildet«. 3) praef. p. XXXIV sq. 4) p. 27. 27[3]. 5) p. 28. 6) p. 29.

vocabulorum est 1690. Ex his neglegenda sunt illa vocabula, quae omnibus temporibus usurpabantur a scriptoribus Graecis (1367). Restant vocabula 323, de quibus accuratius sit disputandum.

A. Invenimus haec *ἅπαξ λεγόμενα:*

1. *ἀβδηρολόγος abderiloquus* 18, 14. Otto XXXIV.

2. *ἀερόφοιτος aërivagus* 21, 25. Vox invenitur tantum adiective Aristoph. Ran. 1292; Orph. Argon. 47. Substantive unus Tatianus vocem posuisse videtur. Schwartz 62.

3. *ἀνάθεσις: τῶν βιβλίων αἱ ἀναθέσεις* 27, 21 *argumenta librorum;* cf. »Aufstellungen«. Maranus in versione Latina *pertractationes* dicit. Quam notionem re vera vox habere videtur, praesertim cum exstet semel *ἀνατίθεμαι explano* in NTo (Gal. 2, 2). Puech 141[1].

4. *ἁρπαστής latro* 11, 19. Nusquam alium locum inveni quo exstet vox.

5. *γλωσσομανία linguae furor* 4, 10. Comparanda sunt *γλωσσαργία, δοξομανία* vocabula similiter formata. Otto XXXIV; Schwartz 68.

6. *ἐπίμοχθος patiens* 10, 1. Schwartz 77 »exemplum huius usus non inveni«. Reliquis locis (LXX Sap. 15, 7; Appian. histor. Rom. ed. Mendelssohn [Lips. 1879] I p. 257) *laboriosum* significat.

7. *θεατροκοπέομαι plausum quaero* 21, 13. Otto XXXIV; Schwartz 78. In orac. Sibyll. V 142 Geffcken activum *θεατροκοπέω* invenitur.

8. *καταβοθρόω deicio* 35, 27. Otto XXXIV.

9. *κορακόφωνος qui corvo similem vocem habet* 16, 10. Otto XXXIV; Schwartz 82.

10. *ληστοτροφέω latrones alo* 25, 28. Otto XXXIV.

11. *οἱ οἶκοι = οἱ οἰκεῖοι* 1, 19; 31, 12. Recte dicit Schwartz 86 Tatianum solum hunc usum habere videri.

12. *ῥητολογία verba facta e rhetorica ratione* 41, 9. Puech 30; Schwartz 96; Otto XXXIV.

13. *στιχοποιός versificator* 26, 13. Pape vocem affert interrogationis signo apposito nesciens quonam loco exstet. Neque ego quidem reliquis in lexicis locum inveni. Sed vocem in meliore, ut ita dicam, hodierno Graecorum sermone usitatam esse Thumb me monuit. Comparanda est vox Plutarchi *στιχοποιία* (I, 1, 45 B ed. Wyttenbach).

14. *ὠμοβορία crudum edere* 2, 20. Otto XXXIV.

De vocabulo *ἔντυφος* quod falso Otto nominat *ἅπαξ λεγόμενον* infra agam; cf. B, c, 6. *ἐνάμαρτος peccatorius* 22, 7 (*τὸ ἐνάμαρτον* »Sündhaftigkeit«) *ἅπαξ λεγόμενον* non est. Nam eandem significationem vox habet aliis quoque locis quos Stephanus collegit. Schwartz 76; Otto XXXIV; Puech 30.

B. *Κοινῆς* vocabulorum numerus est 271. Ascribo quae sunt digna commemoratione.

a) Perpauca propria sunt dialecti Ionicae et posterioris graecitatis. De talibus verbis disseruit Thumb, gr. Spr. 209 sqq.

1. *ἀπογίνομαι pereo* 6, 18. Apud Iones (cf. Thuc. 2, 34) mortem significat. Atque similem notionem hoc loco invenimus, ubi *γίνεσθαι* et *ἀπογίνεσθαι* usurpatur de rebus quae identidem nascuntur atque denuo pereunt. Schwartz 66.

2. *δηλητήριον deletile, venenum* 19, 28; 22, 6. Dicit Schwartz 71: »vox Ionica ut omnes quae a *δηλεῖν* derivantur«. Exstat quoque apud Plutarchum, Iosephum aliosque posterioris graecitatis.

3. *θρησκεία cultus, veneratio* 17, 28; 29, 27, quod vocabulum Ionicum primitus est et postea omnino vulgare factum est. Thumb, gr. Spr. 214.

4. *καθά velut* 1, 16. Quae vox primitus Ionica erat, deinde *κοινῆς* propria, et laudatur a Phrynicho (Rutherford) 495: *καὶ τὸ καθὰ δόκιμον.* Sed tantum apud Xenophontem, Polybium, in NTo, in inscriptionibus aliisque scriptis posterioris graecitatis exstat. (Helbing, Präpositionen 97.)

5. *μεταρσιόω in altum tollo* 17, 21. Vox omnibus temporibus perrara est. Legitur apud Herodotum, Tatianum, Eustathium. Adiectivum *μετάρσιος* poeticum est (Kreling 45; Schmid II 202; IV 315) et Ionicum. Wackernagel 12.

6. *ὁμοφωνέω eadem lingua utor* 2, 3. Vox invenitur apud Herodotum, postea in *κοινῆς* scriptis velut apud Dionem Cassium scholiastasque.

7. *προσεχής attentus* 21, 2. Vox primitus Ionica (Schmid IV 260), deinde *κοινῆς* propria erat.

8. *σκορπίζω dissipo* 30, 21. Dicit Phrynichus (Rutherford) 295: *σκορπίζεται· Ἑκαταῖος μὲν τοῦτο λέγει Ἴων ὤν, ὁ Ἀττικὸς δὲ σκεδάννυται φασί.* Re vera haec vox derivata e sermone Ionico usurpatur a *κοινῆς* scriptoribus. Hodie quoque Graeci dicunt *σκορπίζω* (Thumb, gr. Spr. 210).

9./10. Addo denique hoc loco voces *ἀνθρωποφαγία* 26, 4; 27, 12; 35, 23 et *κρεωφαγία* 26, 3. Derivatae enim sunt a verbis Ionicis *ἀνθρωποφαγέω* et *κρεωφαγέω* (Thumb, gr. Spr. 213).

b) Multo saepius exstant vocabula propria et poetarum antiquorum et *κοινῆς* scriptorum. Plurima eiusmodi vocabula sermoni Ionico primitus attribuenda esse docuit Thumb, gr. Spr. 219 sqq. Singula eiusmodi vocabula etiam in prosae recentioris scriptis fortasse obtinent poeticum colorem germanum.

Apud Tatianum legimus haec:

1. *ἀμάρα cloaca* 4, 2: *ἐν ἀμάραις τε καὶ σκώληξι καὶ ἀρρητουργοῖς καταγινόμενος.* Vox invenitur apud Homerum et poetas recentiores (Callim., Theocr.), aquae ductum vel meatum vel fossam significans; hoc loco cloacae notionem habere videtur (cf. Hesych. *ἀμάρευμα· ἀθροίσματα βορβόρου* et vox neograeca *ἀμάρα = cloaca*). Vermes et stercus coniuncta legimus etiam Maccab. I, 2, 62: *καὶ ἀπὸ λόγων ἀνδρὸς ἁμαρτωλοῦ μὴ φοβηθῆτε, ὅτι ἡ δόξα αὐτοῦ εἰς κοπρίαν καὶ εἰς σκώληκας.* Itaque Schwartzium iniuria vocem corruptam putare neque recte *ἀράχναις* conicere crediderim.

2. *ἀμήτωρ matre orbatus* 9, 8. (Trag. — NT.) Semel legitur apud Atticos, Plat. Conv. 180 D, qui locus poeticam dictionem reddit.

3. *ἀναθρώσκω subsilio* 8, 27. (Hom. Herod. — Plut. Clem. Al.)

4. *ἀνδροκτασία homicidium* 29, 30. (Hom. Trag. Hes. — Euseb. script. eccl.)

5. *ἀνθρωποκτόνος homicida* 9, 2. (Eurip. — NT.)

6. *ἀνωνόμαστος innominabilis* 5,13. (Eurip. — script. eccl.)

7. *ἀποκαρτερέω cibo me abstineo* 3, 3. Vox legitur apud Hippocratem et in titulo *Ἀποκαρτερῶν* quem Philemo et Antiphanes comoediis inscripserunt. Postea vox *κοινῆς* in scriptis saepius legitur. (Plut. Dio. Cass.)

8. *ἀπόκρυφος reconditus* 30, 21. Vocem primitus poeticam et Ionicam fuisse docet Naegeli 25. Exstat apud Euripidem, Xenophontem, multos scriptores ecclesiasticos.

9. *ἀποστυγέω odi, reformido* 22, 3. Qua de voce idem dicendum est quod de *ἀπόκρυφος* (nr. 8). Exstat apud tragicos, Herodotum, semel in NTo. (Ro. 12, 9.) Naegeli 25.

10. *ἀρνέομαι abnego* 4, 27. Vox est poetica (Hom. Trag.), Ionica (Thuc. Herod.), vulgaris *κοινῆς* propria. (NT. script. eccles.) Naegeli 23.

11. *ἀρχῆθεν ab initio* 14, 26. Vocem poeticam esse dicit Phrynichus (Rutherford) 176: *ἀρχῆθεν ποιηταὶ λέγουσι, τῶν δὲ καταλογάδην δοκίμων οὐδείς, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς* Similiter legimus apud scriptorem anonymum (Bekker, anecdota Graeca I [Berol. 1814] 450): *ἀρχῆθεν οὐκ ἔστι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς πλὴν παρ' Αἰσχύλῳ, παρ' Ἡροδότῳ δὲ ἔστι καὶ τοῖς Ἴωσιν.* Lobeck (in Phrynichi editione [Lips. 1820] 93) recte addit *ἀρχῆθεν, βυσσόθεν, πεδόθεν, οὐρανόθεν* in pedestrem sermonem Atticum non transfluxisse. Vox quamquam non obvia in NTo multis aliis

κοινῆς scriptoribus usitata erat. (Plut. Pol. Sext. Emp.) Kreling 11; Schmid I 149. 322; IV 674.

12. *βαρέομαι gravor* 25, 16. Vox est primitus poetica (Hom.), postea *κοινῆς* propria. Exstat apud Iosephum, NTi scriptores aliosque. Ex papyris affero Oxyrh. I, 126, 8; Thumb, gr. Spr. 217; Naegeli 26.

13. *βλέπω video* 8, 12; 17, 25; 35, 22. Schmid IV 281 recte dicit: »vorwiegend poetisches (Pind. Tr. Com. Xen.), dann in die *Κοινή* (LXX. NT.) übergegangenes Wort«.

14. *βρέφη liberi* 30, 17. (Hom. Pind. — NT.)

15. *βορά pabulum* 18, 18; 23, 14. Legitur apud Herodotum et Tragicos, deinde multis *κοινῆς* locis. Schmid IV 282.

16. *γένειον barba* 20, 30. Legitur nusquam in NTo, sed persaepe apud alios *κοινῆς* scriptores. Primitus vox poetica est. Schmid IV 283.

17. *ἀπὸ γλώττης* 13, 31. Schwartz 68 simili loco Aeschyli allato (Agam. 813) dicit: »nescio unde hunc flosculum Tatianus arripuerit«. Sed haec dictio postea vulgaris facta est. Multos locos collegit Sophocles. (cf. supra p. 40.)

18. *δᾳδουχέω facem teneo* 29, 2. (Eurip. — Lucian. script. eccl.)

19. *δηλαδή scilicet* 24, 10. (Trag. Herod. — inscript. recent.) Schmid I 184; II 305.

20. *διαπρύσιος alta voce utens* 26, 29. (Hom. Trag. Pind. — script. eccl.) Otto XXXV.

21. *διφυής duplicem naturam habens* 40, 15. (Soph. Herod. — Diod. Sic.) Schmid III 192; IV 287.

22. *ἐγκυρέω incido* 36, 27. (Hom. Hes. Pind. Herod. Hippocr. — Polyb. Dion. Hal.) Kreling 21.

23. *ἐκτελέω perficio* 7, 15. (Hom. Hes. Pind. — NT. LXX. Pol. papyr.) Schmid II 195.

24. *ἑρπετός serpens* 9, 25. (Hom. Tag. Pind. — NT. LXX.) Schmid I 330.

25. *κραδαίνω quatio* 18, 10. (Hom. Trag. — Theophr. Plut. Ioseph. Philo.) Schmid I 335; IV 311.

26. *λύθρον sanguis, caedes* 9, 2; 29, 29. (Hom. Anthol. — Marc. Aur. Galen.) Schmid I 337; IV 314.

27. *μαγεύω magus sum* 1, 7. (Trag. — NT. Plut.) Schmid IV 304.

28. *μετάνοια animi commutatio, poenitentia* 17, 2. 6. (Batrachom. 70 — script. eccl.) Schmid I 338.

29. *μύδρος materia ardens* 29, 8. (Trag. Herod. — Diog. L.) Schmid I 338.

30. *ναυτίλλομαι nauta sum* 9, 9; 11, 28. (Hom. Trag. Herod. — Porphyr. Philostr.) Schmid I 339; II 202.

31. *νήπιος infans* 30, 17. (Hom. Trag. Pind. — LXX. NT. Pol.) Schmid I 339.

32. *ξενοκτονέω hospites interficio* 3, 25. (Eurip. Herod. — Diod. Sic. Lucian.) Schmid I 340.

33. *ὁδηγέω duco* 14, 24. (Trag. — LXX. NT.) Thumb, gr. Spr. 218.

34. *οἴκτιστος miserrimus* 19, 21. (Hom. — Lucian. script. eccl.)

35. *παρασύρω rapio, inflammo* 4, 12. (Hom. — Pol. script. eccl.) Schmid I 342; Kreling 53.

36. *πένθος aegritudo* 10, 11. (Hom. Hes. Trag. — Plut. LXX. NT.)

37. *περινοέω τι cogito de aliqua re* 30, 4. (Aristoph. — Plut. Sext. Emp. schol.) Schmid IV 324.

38. *πολύχρυσος auro abundans* 11, 20. (Hom. Trag. — Strab. Philostr.) Schmid I 343; IV 326.

39. *πόρπη fibula* 9, 7. (Hom. Trag. — LXX. Ioseph.) Schmid I 344.

40. *προγενής antiquior* 42, 2. (Hom. Trag. — Pol.) Schmid IV 326; Kreling 54.

41. *πρωτόγονος primo natus* 7, 25. 31. (Hom. Trag. — Philo. Plut. Paus. script. eccl.)

42. *πτῆσις volatus avium* 1, 6; 21, 25. (Trag. — Theophr. Plut. Lucian.) Schmid I 345; IV 327.

43. *σκήνωμα domicilium* 16, 24. (Trag. Xen. — Paus. Plut. NT.)

44. *σκώληξ vermis* 4, 3. (Hom. — LXX. NT.) Schmid I 346.

45. *σταγών gutta* 8, 27. (Trag. Anth. — Sext. Emp.) Schmid I 346; IV 330.

46. *συνάμα simul una* 18, 1. (A. P. Theocr. — Sext. Emp.) Schmid I 347.

47. *τέθηπα admiror* 26, 13. (Hom. Herod. Pind. — Plut.) Otto XXXV; Schmid I 348.

48. *τερπωλή delectatio* 8, 10. (Hom. Trag. — Pol. script. eccl.) Otto XXXV; Schmid IV 677.

49. *τῦφος stulta arrogantia* 1, 17. (Anth. — Pol. script. eccl.) Schmid I 153. 317; Schwartz 100.

50. *φοξός homo acuto capite* 33, 26. (Hom. Hippocr. — Clem. Al.) Schmid I 351.

51. *φορβάς qui pascitur* 29, 24. (Trag. — Ioseph. script. eccl.) Schmid IV 335.

52. *χλεύη ludibrium* 30, 28. (Hom. — Clem. Al.) Schmid I 352.

53. *ψαύω tango* 28, 14. (Hom. Trag. — Pol. script. eccl.) Kreling 66; Schmid IV 337.

54. *ψευδολόγος falsiloquus* 25, 14; 36, 7. (A. P. Aristoph. — Strab. Pol. NT.)

De vocibus omnibus temporibus tantum apud poetas obviis cf. D.

c) Nonnullas voces quae tantum *κοινῆς* scriptoribus usitatae erant primo ab apologeta adhibitas inveni-

mus. Sed fortasse casu illa vocabula non inveniuntur ante Tatianum.

1. ἀπότμησις *desectio* 8, 22.
2. ἀστροθεσία *siderum collocatio* 8, 5; 9, 29.
3. γραολογία *nugae aniles* 4, 6. Otto XXXIV.
4. ἐκφώνημα *narratio* 25, 13; 34, 23.
5. ἐμβακχεύω τινί *furo vel bacchor in aliquo vel aliquem* 17, 20.

6. ἔντυφος *plenus inanis superbiae* 4, 10. Falso Otto XXXIV vocem ἅπαξ λεγομένην esse putat. Invenitur apud Asterium (patrol. Graec. XL, 257 D).

7. ἐξάρτημα *amuletum quod homini adhaeret* 18, 24.
8. θνητότης *mortalitas* 23, 2. Otto XXXIV.
9. κατασκευαστής *procreator* 5, 3.
10. κορoκόσμιον *puellae mundus* 9, 7. Otto XXXIV.
11. κυνογαμία *canis nuptiae* 4, 9.
12. σχηματουργία *figuratio* 10, 22. Otto XXXIV.
13. χαλκουργέω *ex aere fingo* 34, 8; 35, 5.

14./15. Hoc loco addo ἀνθρωποποιός *qui homines fingit* 11, 16 et ἀριστοτελικῶς *secundum Aristotelis modum* 2, 26. Quae vocabula utrum Lucianus an Tatianus prior adhibuerit enucleare difficile est[1]).

d) Enumero denique ea vocabula quae reprehenduntur a lexicographis atticistis. Sed omitto, quia nobis nullius momenti sunt, eas voces, quas illi falso κοινῆς tantum proprias esse dixerunt.

1. ἀνθρώπινος *humanus* 4, 25. 26; 21, 9; 33, 5. Dicit Moeris 19: ἀνθρωπείᾳ φύσει Ἀττικῶς ὡς Θουκυδίδης,

---

1) ἰσοδύναμος *aequipollens* 6, 13 exstat etiam apud Galenum Tatiani fere aequalem (Instit. log. p. 21, 1 K.) et apud Alexandrum Aphrodisiensem (in Top. p. 567, 26 W.); accedit quod ἰσοδυναμεῖν verbum ab ἰσοδύναμος derivatum iam apud Polybium invenitur.

ἀνθρωπίνῃ Ἑλληνικῶς. Quamquam *ἀνθρώπινος* legitur apud Platonem, tamen dubitari non potest, quin recte dixerit Pierson *ἀνθρώπειος* habere maiorem notam antiquitatis. Scriptores NTi tantum *ἀνθρώπινος* dicunt neque Sophocles addit locum quo exstet *ἀνθρώπειος*. Similiter dicit Thomas Magister 68: *ἀνθρωπεία φύσις, οὐκ ἀνθρωπίνη*. Schmid IV 129.

2. *ἀποτάσσομαι valedico* 2, 9. Qua de voce cf. p. 34.

3. *ἀρχῆθεν ab initio* 14, 26. cf. p. 91.

4. *βασίλισσα regina* 35, 6. Phrynichus (Rutherford) 306 dicit: *βασίλισσα οὐδεὶς τῶν ἀρχαίων εἶπεν, ἀλλὰ βασίλεια ἢ βασιλίς*. Moeris 71: *βασίλειαν Ἀττικῶς, βασίλισσαν Ἑλληνικῶς*. Vocem propriam esse *κοινῆς* inde a IV. a. Chr. n. saeculo ostendit Thumb, gr. Spr. 57. Invenitur apud omnes fere *κοινῆς* scriptores. Thumb, »Prinzipienfragen der *Κοινή*-Forschung« N. Jahrb. 17, 262.

5. *καθώς ut* 34, 27. Recte dicit Moeris 156: *καθότι Ἀττικῶς, καθὼς Ἑλληνικῶς*. Similiter disserit Phrynichus (Rutherford) 495. Re vera nullum locum in Atticorum libris reperimus quo *καθώς* exstet. Sed in *κοινῆς* scriptis velut in NTo non raro legitur (cf. Amherst pap. II 85, 25; 88, 23; 97, 10).

6. *μεγιστᾶνες domini, megistanes* 4, 19 (cf. Tac. ann. 15, 27). Dicit Phrynichus (Rutherford) 283: *ἡμεῖς δὲ οὐ μεγιστάνες ἑπόμενοι τοῖς ἀρχαίοις ἀνδράσιν, ἀλλὰ μέγα δυναμένους λέγομεν*. Thumb, gr. Spr. 212; Puech 28.

7. *ναός templum* 3, 14; 16, 22; 39, 2. Quam vocem etiam in NTo obviam pro *νεώς* voce inde a saeculo a. Chr. n. IV. legi notum est. Dicit Moeris 195: *νεώς* . ., *τὴν εὐθεῖαν ἑνικῶς καὶ ὀξυτόνως, Ἀττικῶς, ναὸς Ἑλληνικῶς*. *ναός* propriam *κοινῆς* esse dicunt Wackernagel 10; Kretschmer, »Die Entstehung der *Κοινή*« 17; Thumb, gr. Spr. 57.

8. *παραγίνομαι advenio* 13, 25. Qua de notione in NTo quoque obvia dicit Moeris 363: *φοιτᾷ Ἀττικῶς, παραγίνεται Ἕλληνες.* Recte dicit Witkowski 26[17]: »ad exprimendam notionem adveniendi in aliquem locum, ubi vetustiores verba *ἀφικνοῦμαι, ἔρχομαι, ἥκω* sim. usurpant, sermo communis vulgo *παραγίνομαι* ponit.«

9. *σκορπίζω dissipo* 30, 21. cf. B, a, 8.

10. *σκοτία tenebrae* 14, 19. Thomas Magister (ed. Ritschl 1832) 333: *ὁ σκότος καὶ τὸ σκότος· τὸ δὲ σκοτία οὐκ ἐν χρήσει* (scil. apud Atticos). Moeris 261: *σκότος, οὐδετέρως, Ἀττικῶς, σκοτία Ἕλληνες.* Recte. Nam *σκότος* quidem omnibus temporibus usurpabatur, sed *σκοτία* imprimis apud *κοινῆς* scriptores exstat. Addo Tatianum *σκότος* quoque habere 3, 17; 14, 16. 20.

11./12. *σύγκρισις comparatio* 31, 9 et *συγκρίνω comparo* 16, 19; 23, 7; 24, 16; 34, 19. Dicit Phrynichus (Rutherford) 344: *σύγκρισις· Πλούταρχος ἐπέγραψε σύγγραμμά τι τῶν αὑτοῦ „σύγκρισις Ἀριστοφάνους καὶ Μενάνδρου" καὶ θαυμάζω πῶς φιλοσοφίας ἐπ' ἄκρον ἀφιγμένος καὶ σαφῶς εἰδὼς ὅ τι ποτέ ἐστιν ἡ σύγκρισις καὶ ὅ τι διάκρισις ἐχρήσατο ἀδοκίμῳ φωνῇ. ὁμοίως δὲ καὶ συνέκρινεν ἡμάρτηται. χρὴ οὖν ἀντεξετάζειν καὶ παραβάλλειν λέγειν.* Quam vocem re vera propriam *κοινῆς* esse dicunt Lobeck (edid. Phryn. 278) et Wilke s. v. *σύγκρισις.*

13. *φθορεύς stuprator* 35, 5. Moeris 78: *βιάσασθαι Ἀττικῶς· φθεῖραι Ἑλληνικῶς* et 287: *φθορέα καὶ ἐφθαρμένην οὐδεὶς τῶν παλαιῶν, ἀλλὰ τὸν βιασάμενον καὶ βεβιασμένην. φθορεὺς δὲ καὶ ἐφθαρμένη Ἑλληνικῶς.* Similia legimus apud Phrynichum (Rutherford) 144 et Thomam Magistrum 141. Quae verba recta esse iam Puech dixit 28.

Quae vocabula imprimis in Scriptura inveniuntur Schwartz in indice collegit cruce apposita. Quorum tria eligenda mihi esse videbantur, quia imprimis apud scriptores ecclesiasticos leguntur.

1. δωρολήπτης *dona accipiens* 11, 4.
2. θεοδίδακτος *a deo doctus* 30, 11.
3. πρωτόπλαστος *qui primus fictus est* 22, 16.

C. Accedo ad eam particulam vocabulorum, ex qua Tatianum etiam in verbis eligendis atticistarum praeceptis interdum aliquid tribuisse concludas. Adhibet enim voces quas laudant lexicographi atticissantes.

1. ἀντιλογία *confutatio, contradictio* 37, 13. Legimus apud Phrynichum (Rutherford) 326: ἀντίρρησιν μὴ λέγε, ἀντιλογίαν δέ. Quia ἀντιλογία exstat apud Thuc., Plat., Demosth., Polyb., sed ἀντίρρησις vox apud Tatianum non obvia tantum apud κοινῆς scriptores invenitur (Diod. Plut. Pol.), verisimile est Tatianum evitasse ἀντίρρησις vocem κοινῆς propriam.

2. Idem dicendum est de βδελύττομαι verbo *(detestor)* 36, 2. 24. Dicit Phrynichus (Rutherford) 307: σικχαίνομαι· τῷ ὄντι ναυτίας ἄξιον τοὔνομα, ἀλλ' ἐρεῖς βδελύττομαι ὡς Ἀθηναῖος. Callimachus primus adhibet σικχαίνω. Quod verbum evitans Tatianus praefert βδελύττομαι vocem omnibus temporibus usitatam.

3. γελοῖος *ridiculus* 10, 17. Phrynichus recte dicit (Rutherford) 307: γελάσιμον μὴ λέγε, ἀλλὰ γελοῖον. Re vera γελοῖος deest in κοινῆς scriptis. cf. Sophocles s. v.

4. διαχράομαι *interficio* 9, 20. Thomas Magister recte videtur dixisse 211: διαχρῶμαι τὸν δεῖνα . . . κρεῖττον ἢ φονεύω. Neque ego quidem vocem hanc notionem habentem in κοινῆς scriptis inveni.

5. ἐννεοττεύω *nidum congero* 21, 1. cf. p. 11. Puech 25.

6. καρατομία *amputatio capitis* 8, 25. Phrynichus (Rutherford) 427 dicit: κεφαλοτομεῖν· ἀπόρριπτε τοὔνομα καὶ Θεόφραστον κεχρημένον αὐτῷ· λέγε δὲ καρατομεῖν. Rutherford recte putat utramque vocem bene formatam esse, sed καρατομέω, καρατομία antiquiorem esse.

7. μόγις *vix* 40, 3. Qua de voce cf. p. 29.

8. *μυελός medulla* 13, 6. Phrynichus (Rutherford) 364 dicit: *ὁ πύελος διὰ τοῦ ε καὶ μυελὸς ῥητέον.* Re vera *μύαλος* nusquam legitur apud Atticos. Thumb, gr. Spr. 75.

9. *νεοσσός avicula* 22, 13. Qua de voce cf. p. 11.

10. *σκότος tenebrae* 3, 17; 14, 16. 20. Qua de voce cf. p. 97.

11. *τραγῳδοποιός tragoediarum scriptor* 3, 16; 9, 21. Moeris dicit 177: *κωμῳδοποιοὶ Ἀττικῶς, κωμῳδιοποιοὶ Ἑλληνικῶς.* Omnes *κοινῆς* scriptores adhibent voces *τραγῳδιογράφος, κωμῳδιογράφος, τραγῳδιοποιός,* Plutarchus unus praebet formam *κωμῳδοποιία.* Moeris ergo recte dixit.

12. *φλήναφος garrulus* 6, 24; *absurdus* (adiect.) 23, 19. Moeris dicit 283: *φλήναφος Ἀττικῶς, μωρολόγος Ἑλληνικῶς.* Re vera *μωρολόγος* tantum in *κοινῆς* scriptis invenitur. Tatianus solus adiective vocem adhibet. Puech 27[3]; Schwartz 103.

D. Utitur denique Tatianus multis vocibus, quas ex poetarum et antiquiorum et recentiorum dictione sumptas esse manifestum est neque invenimus in communis prosae cottidianae scriptis.

1. *ἁβρύνομαι glorior* 24, 23.

2. *ἀερόφοιτος aërivagus, avis* 21, 25.

3. *ἀθύρω ludo* 10, 7. Otto XXXV; Schmid III 179.

4. *ἀκερσεκόμης intonsus* 23, 9.

5. *ἀμετροεπής loquax* 29, 7; 33, 25.

6. *ἀμφιγυήεις utrimque claudus* 9, 6.

7. *βιότης vitae tempus* 16, 3. Schwartz p. 68 dicit: »nisi apud poetas aetatis recentioris non inveni.«

8. *γναμπτός flexus* 9, 7.

9. *εἰλίπους flexipes* 23, 10.

10. *ἑκατηβόλος eminus iaculans* 9, 20.

11. *ἕλιξ fibula tortuosa* 9, 7. Schmid IV 290.

12. *ἔπαθλον praemium* 25, 17. Schmid I 151.

13. *ἐπιμαστίδιος lactans* 35, 19.
14. *ἑτερόημερος alternis diebus vivens* 11, 18.
15. *θοινάομαι epulor* 35, 20. Schmid III 202.
16. *κάρη ξανθός flavus* 11, 19.

17. *λαρυγγιάω gutture laboro, crocito* 2, 12. Vox uno tantum loco legitur apud Agathiam (saec. VI.) A. P. XI 382:

κεῖτο μὲν Ἀλκιμένης κεκακωμένος ἐκ πυρετοῖο,
καὶ περὶ λαυκανίην βραγχὰ λαρυγγιόων.

Usitatius erat *λαρυγγίζω*. Schwartz 83 Tatianum Aristophanis locum (equ. 358) *λαρυγγιῶ τοὺς ῥήτορας* in lexico rhetorico allatum invenisse falsoque intellexisse coniecit.

18. *μνηστήρ procus* 42, 11.

19. *οἴχομαι abii, mortuus sum* 23, 14. Quae vox poetica semel legitur apud Platonem, bis apud Xenophontem exstat. Schmid II 203; IV 319.

20. *ὁμήγυρις grex* 29, 1; 34, 26. Otto XXXV.

21. *πεδάω vincio* 10, 23. Semel exstat apud Platonem. Schmid I 342; IV 323.

22. *πλόκαμος gradus comae* 10, 7. Schmid IV 325.
23. *πολυκοιρανία imperium multorum* 15, 9.
24. *συμφράδμων consiliarius* 21, 18.
25. *συμφύρδην promiscue* 2, 8. Otto XXXV.
26. *χαμαιπετής humi cadens* 22, 13.

Iuvat hic commemorare locum Luciani, aequalis Tatiani, qui ludificatur scriptores miscentes sermonem flosculis poeticis (*πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν* cap. 22). Magni momenti illum locum esse nobis iudicantibus de multorum *κοινῆς* scriptorum dictione bene explanavit Thumb »Prinzipienfragen der *Κοινή*-Forschung« N. Jahrb. 17, 261.

Priusquam concludam de copia verborum quae ex numeris et vocabulis congestis concludi possunt, tabellam suppono.

Numerus omnium vocabulorum est			1690	%
Omnibus temporibus erant usitata			1367	80,9
Reliquorum 323 vocabulorum sunt				
A. *ἅπαξ λεγόμενα*			14	0,7
B. *Κοινῆς* propria			271	16,1
a) Propria dialecti Ionicae et posterioris graecitatis	10	4,0		
b) Inveniuntur et apud poetas antiquos et *κοινῆς* scriptores	54	19,7		
c) Tatianus primus usurpat	15	5,4		
d) Reprehenduntur a lexicographis atticissantibus	13	4,7		
e) Alia *κοινῆς* vocabula	179	66,2		
	271	100,00		
C. Laudantur a lexicographis atticissantibus			12	0,8
D. Poetarum et antiquorum et recentiorum vocabula			26	1,5
			1690	100,00

Apparet igitur perrara esse verba quae atticistarum praecepta sequi videantur (0,8 %) et poeticos flosculos (1,5 %). Apologeta atticistarum artis non ignarus ita ut alii illius temporis scriptores hic illic voces raras vel inusitatas fortasse ex lexicis atticistarum quasi ex occultis tenebris in lucem extrahere contendit, sed in universum in verborum quidem copia suae aetatis vocabula praefert (16,1 %). Eo magis memoria tenendum est, quod supra vidimus, in sonis, formis, syntaxi apologetam longe abesse a communi illius aetatis sermone, prope accedere ad *λέξιν* illam *Ἀττικήν*, cuius studium tamquam quaesitum et vanum cavillatur.

Conspectus memorabilium.

I. Tatianus antiquas normas sequitur.

II. Tatianus recentioris graecitatis usum sequitur.

Conspectus locorum.

Argumentum dissertationis.

Corrigenda.

p. 22 v. 19 post *voce* pone: 1.
p. 51 v. 19 post *adverbii* adde: *usus.*

Vita.

Natus sum Carolus Ludovicus Heiler Borussus in oppido Nassoviae ad Rhenum sito quod Biebrich nominatur anni 1887 mensis Maii die XX. patre Ludovico matre Catharina e gente Stritter, quos adhuc in vivis esse valde gaudeo. Fidem confiteor evangelicam. Litterarum rudimentis imbutus in urbe natali tres annos frequentavi scholam quam vocant Realschule. Inde a tertia classe discipulus fui gymnasii Mattiacensis.

Mense Aprili 1905 praeditus maturitatis testimonio studiis me dedi antiquarum litterarum et historiae. Vere anni 1905 Heidelbergae civibus academicis adscriptus sum, vere sequentis anni Monacum, hieme Berolinum me contuli. Semenstri aestivo anni 1907 ad studia perficienda transmigravi ad academiam Philippinam.

Doctrinam suam mecum communicaverunt viri doctissimi

Heidelbergenses: Brandt, † Dieterich, v. Domaszewski, v. Duhn, Hampe, v. Jagemann, Marcks, Rathgen, Schoell, Uhlig;

Monacenses: Crusius, † Furtwaengler, Iw. v. Mueller, Otto, Simonsfeld, Vollmer;

Berolinenses: Immelmann, Lenz, Norden, Riehl, M. C. P. Schmidt, Schulze, Wentzel, v. Wilamowitz;

Marpurgenses: Birt, Cohen, Glagau, Kalbfleisch, Klebs, Maass, Natorp, Thumb, Wenck.

Hieme anni 1905 ad proseminarium philologorum Heidelbergense benigne aditum mihi praebuit Brandt. Seminario Monacensi interfui Iwano v. Mueller moderante et proseminario Berolinensi. Exercitationibus in seminario philologo Marpurgensi habitis per duo semenstria interfui Birtii, Kalbfleischii, Maassii benignitate. Per unum semenstre secretarius fui seminarii. Ut exercitationibus palaeographicis, historicis, paedagogicis, grammaticis interessem, concesserunt Simonsfeld Monacensis, Klebs, Natorp, Thumb Marpurgenses.

Omnibus his magistris meis gratias ago semperque habebo debitas, praecipue autem gratus sum Kalbfleischio et Thumbio nunc Argentoratensi, quorum hic suscipiendi huius opusculi auctor fuerit, uterque in perficiendo opera et consilio me adiuverit.

Examen rigorosum habitum est anni 1907 mensis Iunii die XVI. — Usque ad diem promotionis partim Marpurgi, partim in urbe patria versatus sum, ut ad examen pro facultate docendi sustinendum me praepararem.

Adresse: Dr Heiler, Marburg a. L.
Haspelstrasse 26.